

32

144

150

ES  
RE  
ppi  
E  
aura  
S.  
Vol

in Ter  
2



Sign 179



UVA.BHSC



UVA.BHSC



UVA.BHSC



UVA.BHSC



UVA. BHSC



UVA.BHSC



UVA.BHSC



UVA.BHSC








UVA.BHSC







UVA.BHSC



171  
I have received from Mr. C. [unclear]  
[unclear] [unclear] [unclear] [unclear] [unclear]  
[unclear] [unclear] [unclear] [unclear] [unclear]  
[unclear] [unclear] [unclear] [unclear] [unclear]  
[unclear] [unclear] [unclear] [unclear] [unclear]

77





UVA.BHSC



Estas Observaciones son del Sr. V<sup>o</sup> Cancellor  
D. Cristoval Crespi & Valdaux q. no estan im-  
presas, ni en la primera, ni en la seg.<sup>a</sup> edicion,  
y se copiaron de su Original: m. las buscan  
p.<sup>a</sup> hacer tercera edicion con este aditam.<sup>to</sup>

77





Les observations sur les  
 observations de M. de la Roche  
 sur le point de la latitude  
 de la pointe de la Roche  
 de la pointe de la Roche  
 de la pointe de la Roche

77





# DE CONTRACTV,



puberis iurato, et in concursu  
creditorum dotis, tutela  
et administrationis quis  
preferendus =

F

## Observatio CXXI,

1. **S**tephanus Texan Regni Sardiniae in minori aeta  
te constitutus instrumento accepto per Bartholomeum  
Texan die 6. Aprilis anni 1638. accepit nominis depro-  
siti sui Commendae varias Merces, pecuniam, et alia bona  
a Joanne Baptista Durant, et eius fratribus Genuesis:  
et fuit conventum inter partes cum bonorum obligatio-  
ne et hypotheca et iuramento, et per tempus trium an-  
norum. Stephanus illa administraret, alia reciperet, ven-  
deret, inventarium quotlibet anno transmitteret, et bonam  
et legalem rationem redderet, et lucri quintam par-  
tem sibi retineret. Et nullo alio instrumento confecto, con-  
ventionis executio et administratio fuit ab eo prosequuta,  
et etiam aliquas alias Merces proprias in eadem taberna



Venditurus intulit usque ad annum 1658. quo fuit e vivis  
sublatus.

2. Fuit octava inter Joannam Canelles stephan  
in uxorem (quoniam defuncta continerunt filij com-  
muni, et matris haeredes) ex una, et fratres Genuen-  
ses ex alia in Regia Audientia Sardiniae super pra-  
tatione in bonis communis debitorum.

3. Filij et haeredes Joanne, dua credita habent  
adversus Patris haereditatem et bona. Alterum ex  
dote materna constituta instrumento recepto per  
Didacum Ferreri Regni Sardiniae die 17. Junia  
2<sup>a</sup> anni 1646: Alterum ex administratione bono-  
rum Joannis Canelles eorum ad matrem quam  
Stephanus suscepit in Regno Neapolitano et ad red-  
dendam rectam rationem se obligavit instrumento  
confecto Neapoli die 10. Octobris anni 1649.

4. Sententia lata in Regia Audientia Sardiniae,  
et publicata die 19. Octobris anni 1669 fuit decla-  
ratum fratres Genuenses praefereudos in bonis sive  
mercibus extantibus in taberna, ex his quae ab eis  
fuerunt transmissa: In ceteris anteponendos filios  
et haeredes Joanne Canelles eorum matris, tam  
pro Dotis credito, quam pro administratione bono-



rum anni Martini. Et supplicatione interposito, et  
in hoc S. S. R. A. Consilio introducto, aliqua se ob-  
tulerunt questiones quas hic liber scribere et exa-  
minare =

# QVÆSTIO PRIM A

An obligatio minorum iam  
puberum, valida fuerit.

5. **S**acramenta puberum sponte facta super contrac-  
tibus, rerum suarum, non esse retractanda, sed inuisi-  
biliter custodienda constituit Justinianus in Authent.  
Sacramenta puberum C. Si aduersus venditionem,  
et eisdem Verbis Federicus lib. 2. feudorum tit. 53.  
s ult. quod aliqui ex nostris Interpretibus ad pu-  
bertati proximum extendunt iuxta ea que late exa-  
minat Alphonsus Navarra, de etate anno decimo  
cum dimidio per totum et maxime n. 3. et 13. fol.  
mibi 155. et 156. adde Anton. Tom. lib. 2. Variar.  
resolut cap. 14. n. 18.

6. **A**pod nos in Regno Valentia contractuum leges  
nostre statuunt ut apparet fois 16. inchois fois 20. et  
fois 21. de Restitut. Minor. Vbi annullantur contrac-



his omnes minorum viginti annorum, et viramen-  
ta in eis apposita. Et agenti ex eis per aduerso-  
rum morabalinorum importur. Que omnia fieri  
posse per statuta municipalia, et in pluribus Reg-  
nis constituta esse, probat late Barbosa in collect.  
ad text. in det. Authent. Sacramenta publicum, Vbi ex  
omnibus Regnis separatim Doctores citat, quibus  
addendus Osualdus lib. 22. Commentar. Donelli cap.  
13. et Finellus decisi. Romana 14.

7. **A**nnullantur autem usque ad viginti anno-  
rum aetatem; quia eis completis iam maior exi-  
timatur eodem modo quo iure communi, qui vi-  
ginti quinque complerit, ita ut nec compellat restituere.  
Nam licet disputari soleat: an quando statutum con-  
stituit ut minor viginti quinque annis habeatur pro  
maiore, intelligatur ex hoc, prohibitum ei restitueri  
in integrum beneficium. Nequa Octavius de Restitut. 1.  
par. 9. 18. 22. 34. Vbi non esse prohibitum probat, nisi  
verba specialia adiuvent: Apud nos tamen specialia  
iure prohibita est restitutio, inarta forum 1. et 22. de  
Restitut. minor. ita ut hoc in praxi maneat in  
dubium.

8. In Regno Sardiniae certa forma praescripta est



in minorum contractibus, ut constat ex lege sive Prac-  
matica, quam adfert D. Franciscus Vici Collega noster  
in hoc Supremo Consilio tom. 1. lit. 14. Cap. 4. Cuius haec  
sunt Verba: Ottoni mandamos so las mismas penas, y  
de vez el contracto nullo e in valido, que ningun  
Notario ni escriuano pueda recibir obligacion Jurada  
de menor ni mujer alguna que primero no sea pre-  
cedido, y preceda Decreto de Juez que autorize el tal  
contracto y Juramento en favor de los contrayentes y  
dentro de ochos dias estan obligados a vaciar los en el pro-  
tocolo, sola pena que se contiene en el cap. 5. fol. 158.  
del parlamento de D. Aluaro de Madrigal. Cur ad-  
de D. Petr. Quisada dixerat. 9. tom. 1.

9. **H**ac dispositione non obstante, contendunt fra-  
tres Pennenses validam fuisse minoris obligationem.  
quia lex generalis prohibens contractus minorum,  
non comprehendit (aut) minores mercaturam ex-  
cipientes: Quae admodum Iure communi a regula  
generali restitutionem in integrum minoribus con-  
cedente, excipiuntur minores mercaturam excipientes  
ut probat Bembenatus Practica de Mercatoribus p. 3. n.  
26. ubi ita scribit: Et hinc xii illud adijciendum est  
Minores quinque et viginti annorum Mercatores appro-  
bati et in alios descriptos, in illis actibus et Mercatura



negotio restitutionem in integrum non habere. Quam sen-  
tentiam probant Gratianus discept. forens. tom. 2. cap. 229.  
n. 46. Givellus decr. 14. n. 59. Jais, de Credito. cap. 4.  
quest. 2. n. 53. Merlin. de Pignoris. lib. 2. tit. 2. q. 22.  
n. 2. Mantica, loquens de Doctore, de tacit. et ambig.  
convention. tom. 1. lib. 4. tit. 6. n. 35. et 36.

10. **A**ddit stracha: Non solum esse firmam obli-  
gationem in ipsi mercibus absque restitutionis spe sed  
etiam hypothecam in bonis immobilibus. dicit. 3. p. 1. 1. 1.  
n. 30 scribit: Ex contrariis occurrit mercatoribus hodie  
ex consuetudine plerumque instrumentis negotiantibus  
in quibus de more hypothecam, et omnium bonorum obli-  
gationem adijci nemo est qui neciat. Unde secon-  
dum Mercatorum consuetudinem approbati censentur.  
Actus enim apertium ex consuetudine interpretatiorem  
accipiunt. I. Mela §. 1. De aliment. et cibis. legat.

Et concludit: Et huius Sententiae tanquam ratio-  
nabili assentendum puto. Et contrariis respondet.

11. **N**ihilominus in contrariam sententiam inclina-  
bat Senatus Supremus, quam ut probem, suponen-  
dum est quid liceat, et quid sit prohibitum Minori  
Jure communi.

12. **M**inor igitur dum pupillus et impubes est  
nullam habet rerum suarum administrationem



glossa communiter recepta in l. vlt. C. de vendendis re  
bus ciuitatis lib. II. tit. 32. Bart. in l. Pro emptore. §. Si  
pupillo ff. Pro empt. -

13. **P**ubes habens curatorem, interdictionem etiam ha  
bet administrationem bonorum. l. Si curatorem habens  
3. C. de in integ. restit. minor et omnia iura quae sunt  
statuta in pupillis, sunt statuta in puberibus curatorem  
habentibus, ut ex glossa in l. 2. C. de curatore furios.  
probat Thomas Merus in const. hac nostra Petri. 3.  
collat. 6. n. 232. fol. mibi 366.

14. **S**i vero curatorem non habet, potest bona mobilia  
quae seruari non possunt vendere, et libere administra  
re, sed si ex inconsulta facilitate aut aduersarij dolo  
cedatur in integrum restituitur. l. Lex quae videtur 22.  
C. de Administrat. licta.

15. **N**unquam tamen ei licet bona immobilia alie  
nare sine curatorem habeat, siue non habeat, sine Iu  
dicis decreto, ut in tit. ff. De rebus eorum qui sub tutela  
vel cura sunt sine decreto non alienandis vel suppo  
nendis. Et in tit. C. De praedijs, et alijs rebus mino  
rum sine decreto non alienandis, vel obligandis.

16. **Q**uestio igitur nostra versari dequit circa pu  
pillam nec circa puberem curatorem habentem. quia  
vtrique omnino interdictione est bonorum suorum ad-



ministratio. Versatur circa puberem curatorem cauentem; et hoc non in Regno Valencia quia in eo nulla distinctio circa hanc versatur inter puberem, et impuberem et semper est curatore opus est donec viginti annos compleuerit, ut diximus observat. 108. n. 15. et 16.

17. Sed in Regno Sardiniae, de quo apimus, duplicem habet questio inspectionem. Altera an validus sit contractus Minoris Mercaturam exercentis quo ad mores et bona mobilia. Altera an subsistat circa bonorum immobilium hypotheca.

## De validitate contractus.

### § I,

18. Quoad contractum: Certum est Iure communi validum esse etiam si a minore celebretur, dum tamen sit pubes, et curatorem non habeat; sed dubium est, an ex restitutio in integrum competat. In quo illa communis distinctio est, ut quamvis Mercaturam exerceat, vel aliam quamcumque autem (in omnibus enim eadem ratio est. Ordin. de Restitut. l. p. q. 23. aut. §. n. 19.) in eis que industrius et prudens inveniatur, si laesus sit vel lubrico aetate, vel adversarij dolo, restituitur. Ut dicitur probat Ulpianus in l. v. in fine illic: quam rem suam bene querentibus ff. de Minoris. Et Ale-

Scander



Alexander Imperator in l. 1. C. qui, et aduersus quos  
 restitutio in integrum non competit, in illis ver-  
 bis: Humilis minor qui laesum se esse dili-  
gens pater familias fuerit, actibus que publicis  
industriam se esse docuerit. Et postea. Verum si cau-  
sa cognita circumuentus deprehendatur, propterea  
hoc solum, a solitis auxilio remoueri non de-  
bet. Difficilius tamen ei conceditur restitutio, ita  
 ut si alijs semiplena laesionis probatio su-  
 ffriciat, illi erit necessaria plena, ut ex eo factum  
 expresse probatur, et docet Bartolus in es.

19. Si vero in eis minor puber curatorum non  
 habent in industriis et prudens mercatorum,  
 vel Jurisprudenciam, aut aliam scientiam vel  
 artem exercens, ita ut tamquam Mercator sit in  
 albo descriptus et publice approbatus et cognitus;  
 Ceteri vero gradum Magistris vel Doctoris in  
 suis scientijs et artibus respectiue fuerint conse-  
 cuti et in matricula descripti, non solum erit  
 validus eorum contractus, sed ita firmus ut resti-  
 tutione in integrum rescindi non possit. In is  
 enim quemadmodum interdum matricula supplet  
 etatem l. si aliterius 3. C. Si minor se maiorem



8  
dixit. Ita Prudentia<sup>2</sup> ut docuit Baldus in l. 1. nu

3. C. qui et aduersus quos. =

20. Hanc distinctionem amplectuntur Interpretes com-  
muniter Barthol. et Bald. in l. 1. C. qui et ad-  
uersus quos Oddus de restitut. in integ. p. 1. q. 23. art.  
1. n. 25. et per totam, et loquens de mercatura art. 6.  
n. 22. Motha in Empoz. tit. 4. de restitut. in integ. in  
prim. n. 9. Amaya in l. Professio 6. C. de Muner. patrim.  
lib. 10. tit. 41. Strachia de mercatura p. 3. n. 26. 27. et 28.  
Veda dissert. 37. an. 26. tomo 2. alios plures referens. =

21. Ratio autem neganda restitutionis Doctoribus  
et Magistris suam artem exercentibus, non vero  
illis qui licet scientiam profiteantur ad huc inter-  
cino et non in gradu constituti sunt, est, quia illi  
non isti dum ignorantiam suae ipsius scientiae  
proponunt, et ex ea se laesos affirmant vel lapsos  
propriam turpitudinem allegant et iuste appetitio-  
ne sua repellendi sunt. Nam ut ait Quintus Mus-  
cius apud Pomponium turpe est quaquam scientiam  
aut artem in qua versatur ignorare. l. 2. §. Sexuus  
43. ff. de orig. iur. et eius deriderium et professio in-  
ter se discrepant, ut responderunt Diocletianus et Ma-  
ximianus in l. Professio 6. C. de Munerib. patrim. lib. 10  
tit. 41.

22. Unde quos sine turpitudine laeso allegabatur, vel



lapis non erit minor, etiam peritiam et praedictam  
 sua scientia fruens a restitutionis beneficio exclu-  
 dendus. Ut si non ex iurii ignorantia sed facti  
 se laesum in contractu ostendat; quae etiam pro-  
 dentissimos fallit iuxta Hexantium in l. 2. ff. de  
iurii, et facti ignorant.

23. Paxiter si in alia scientia, et non propria erraret  
 quod mihi probat elegans Ulpiani responsum in l.  
sed si quid 15. §. 1. ff. de ususfruct. Vella dissent. 37. n. 30.  
 Neque enim duas scientias comprehendere facile  
 est nedum ad utramque festinat, neutram bene  
 peragat. Nam cum vni iudicio ad fuerit alteri  
 abstrahi necesse sit, sicque nulli eorum idoneum  
 in totum inueniri, ut loquitur Iustinianus in l.  
fin. C. de Assessib. nec inconcine accommodari po-  
test quod de Theologi, et Canonistis aliqui scri-  
bunt nunquam alterum alterius scientiam  
perfecte collere, Luallos, de Cognition. per viam  
Violent p. 1. gloss. 6. n. 24. Valenzuela Cons. 120. n.  
39. Solazanus to. 2. de Iur. Indiar. lib. 3. cap. 13.  
n. 39. cum alijs loquens de facultate et neces-  
tate eligendi Doctorem in Iure Canonico in  
Vicarium Penitentem Sede vacante. Et quod ex  
Cyro inquit Oddus de Restitut. q. 23. art. 5.



nu. 33. in prohemio est: Doctores excellentes in iure  
esse in ceteris negotijs ineptos. Et addit n. 34. et 35. ex  
Tassone, et Plauti: Si Iurisperitus adolescens inconsulte  
causam iniustam defendendam susceperit, vel schola-  
rii librum inutilem emerit, aut male exussurum; res-  
tituendum esse, non ex ignorantia iuris, cuius allega-  
tio dicitur lapsus; sed ex precipiti furore, et nimia  
celeritate, quae iuueni huiusmodi effectus est. Et haec  
consulta facilitas veniam restitutioni meretur ad  
beneficium; testipit etiam Amaya remissive in  
l. 1. C. de Muner. patrimon. lib. 10. tit. 41. =

24. Immo in ipsa sua professioni scientia posse absq[ue]  
largitudine et rubore allegare ignorantiam vel  
errorem existimarem, quoties questio iuris valde di-  
fficultu et perplexa est quia haec equiparatur questio-  
ni facti Menschi. de Arbitrar. q. 53. n. 6. tit. 1. Pos-  
tius de Manutent. obsen. 42. n. 12. Argell. de acqui-  
ren. posse. q. 2. art. 1. n. 23. Si quidem interdum  
innunciabilem facit ignorantiam, ut diximus obsen.  
23. n. 19. et 20. Et maxime aduscalis huiusmodi  
sen rudibus, quos equiparant, Imperatores in l.  
penult. C. de Postulando Levatos. Comm. cont.  
Comm. in prefat. n. 87. Vbi memorat Baldi dic-  
tum affirmantis quod plus valet umbra semper quam



et eloquentia iuuenis aduocati probat etiam Vela  
 tom. 1. de iur. q. n. 7. Et hoc semper in prudentis  
 Iudicis arbitrio positam est: quem admodum que  
 dicatur exceptis altis in d. p. in Almo de  
 Arbitrar. Centur. 1. cas. 20. Finibus de iur. 21. n. 3.  
Fontanella de iur. 133. n. 26. tom. 1. de iur. 325. n. 24.  
 tom. 2. plures alios referens.

25. **E**t ideo ego, ut in hac re mecum proferam sen-  
 sum, in concedenda vel neganda restitutione minorum  
 publice in arte approbato et in matricula inter Ma-  
 gistros descripto, plurimum Iudicis arbitrio deferam:  
 qui ex qualitate rei, ex difficultate questionum, ex  
 tempore quo minor scientia operam nauat, et gradum  
 consecutus est, ex eius indole et genio, ex rei quae  
 celeritate, aduersarij veracitate et experientia et alij  
 circumstantij pensatis, quae turpitudinem precise non  
 includerent potest varie et personis et causis cons-  
 tituere. Et hoc modo temperarem et sequor Sax-  
 onicum lib. 3. Selectar. cap. 12. Vbi neque Iuris-  
 peritos, neque Mercatores, neque agricultores, et  
 alij similibus minoribus publice approbato et  
 descriptis in rebus sua artis esse negandam ge-  
 neraliter restitutionem, Regentibus scribit; Sed



2.  
solum exactiorem laeniam probationem requiri. Cum  
sequitur Praeceptor Noster Anton Richard. in d. ca.  
transi s. Instit. de Hered. qual. et diffeent. n. 58.  
59. et 60. Obi in praed. ita testatur: ait enim. Et  
hoc iure utimur. idem contestatur et probat Vela  
tom. 2. d. iust. 3. n. 31.

26. Indus in hanc rem eleganter Justinian<sup>?</sup> cons-  
titutionem, qui licentiam testandi quam antiquae  
leges pupillis militibus si Tribunatum numero-  
rum merebantur qui veteris gradus militiae diu  
potest abstrahit in L. Licet 13. C. de testament. milit.  
ob illam rationem quam expressit in illis verbis:  
Indignum nostris temporibus esse videtur eum  
qui stabilem mentem nondum adeptus est pro-  
pter privilegia militum sapientium hominum  
iura per traxerit, et in tam tenera aetate ex tali  
licentia parentibus forte suis vel alijs propinquis  
nocere propriam substantiam extraneis relinquent.  
Idcirco hoc fieri nullo modo concedimus. Licet enim  
de impuberibus loquatur, probat tamen militiae  
gradum et Tribuni numerorum officium non  
sufficere, ut iam ut sapiens possit tractari et ab  
ei defectum omnino ex scientia et gradu supple



8  
v. Coenat Maxbona de etate anno 18. q. 2. Vbi ex  
dit de etate ad militiam necessaria: =

# De Validitate hypothecæ quo ad immobilia H

## §. II,

27. De hypotheca immobilium, minor est diffi-  
cultas. Certum enim est illam nullius esse momenti  
quem admodum alienatio. Utrumque enim prohi-  
bitum est a Iuris minoribus, nisi Iudicis decretum præ-  
cedat, ut in titulo Digestorum. De rebus eorum qui  
sub tutela vel cura sunt sine decreto non alienan-  
dis vel supponendis, ut in titulo Codicis. De præ-  
dicti et a ijs rebus minorum sine decreto non ali-  
nandi vel obligandi. Immo etiam si de aliena-  
tione sumtaxat loqueretur hypothecam com-  
prehensam censendum esset ne ad alienatio-  
nem perueniri possit, iuxta Factus in cap. cum  
quid 39. et in cap. Cumquid 84. de Regul. iuris.  
in 6. Et maior in Specie. textus in l. fin. c. de rebus  
alienis non alienandis. Concisus Vaxian. Resolut.



lib. 2. Cap. 12. n. 46. Immo interdam gravius damnum  
ex hypotheca resultare potest licet ex accidenti. Car  
cerius Variar. resolut. lib. 6. p. 1. cap. 9. n. 135. et fa  
cilis deceptio contingere Uelut dicitur. 37. n. 25. infra.

28. **H**ac autem prohibita impossita est siue minor  
curatorem habeat siue sine curatore administret  
et quod magis est etiam si a Principe veniam etatis  
impetrauerit, quae ad alienanda bona immobilia  
vel hypotheca subiicienda, et Principis inter  
uentione non extenditur. Nam ut inquit Iustina  
nus, in ea parte simili est minorum omnium  
conditio siue petita sit siue non, etatis uenia L. 3. C.  
De his qui ueniam etatis impetrauer.

29. **S**i igitur principale etatis supplementum  
liberam bonorum administrationem minori  
conferens, ad alienationem et hypothecam immo  
bilium non se extendit, nec iuri generaliter  
prohibitionem limitat. Nec enim Principis  
indulgentia sapientiam uel maturum iudi  
cium infundit Ciriacus. 2. Controuersiar. cap. 219.  
n. 24. Multo minus ceteri gradus artium, uel  
scientiarum ab inferioribus imperiti, poterunt  
ad similes,



ad similes alienationes, et hypothecas extendi-

30. **N**ec differentia ratio, quam constituere conatur Stracko, de Mercat. 3. p. n. 31. quidquam mouere debet. Inquit enim ex legibus ipsius cuiuslibet esse notorium minorem qui supplementum aetatis habet, non posse immobilia alienare: qui vero in mercatura negotiatur ex consuetudine cum instrumentis et hypothecis, quadam modo si hypotheca immobilium eret nulla, publica auctoritate reciperetur.

31. **S**ed respondes, non apimus de illis Principibus in quibus iure statutaris aut consuetudinis legitima hoc receptum est, ut de sua Patria Strada testatur; Sed apimus de questione iuxta terminos iuris communis cuius dispositiones in hac prohibitione alienandi vel obligandi res immobiles minorem sine decreto non minus notoria sunt generaliter, quam quae loquantur de his minoribus qui veniam aetatis obtinuerunt. Unde contraheutes cum eis dum ius speciale non probant se auctoritate publica falli contendere nequeunt. Nam vel iuris notitiam ignorantiam allegant, quae nulli prodest. l. Regula 9. ff. de iuri, et facti ignorant. vel sibi debent imputare conditionem eius cum quo contra-



hant nescire l. qui cum alio 19. ff. de Regul. iur. Vel  
voluntarie litis eventum se exponere, qui sibi controuer-  
siam futuram facile possent existimare et cauere,  
ut loquitur Ulpianus in l. Nec supra 6. ff. de  
Iuris et facti ignorantia.

32. **R**atio autem ob quam Principi indulgentia  
vel ceterarum artium peritia cum Magistris in eis  
Matiuula, ad immobilia non se extendat, illa est;  
quia licet industria, scientia, et gradus, et publicum  
et prouidum artis exercitium et commercium;  
et tati praeiudicium superare Videatur; nunquam  
tamen tanta est minor prudentia, quam reideat  
aliquid incitiae ob in experientiam rerum, et ob etatis  
lubricum, cui semper Natura inter aliqua facilitas et  
leuitas adiuncta est, etiam in his quibus natura ante  
tempus ratione constituit: Et ideo recte facultas tem-  
perata, et administratio, ad res mobiles duntaxat  
dat restringitur, ut eleganter obseruat Oswald. ad  
Donel. lib. 21. Commentar. Cap. 13. in princip. Et nos  
legimus obseruat 11. fere per totam.

33. **V**nde recte et exacte hanc questionem exa-  
minans Simoncellus de Decretis par. 2. inspect. 4.  
per totam (Pardessus tom. 6. tractatum p. 2. fol. m. h.)



310. et 311.) docuit, minorem pater ex pecunia suafabunam  
 emeret, non tamen illam distrahere, nec bona immobilia  
 ad eam comparandam sine decreto vendere, nec pater  
 autem exercere puberem curatorem habentem, etiam si  
 pater mercatoris succedat. Possit tamen si curatorem non  
 habeat et publice probatus sit, et in albo descriptus, puberem  
 nam exigere et quo ad merces contrahere, nunquam  
 tamen vel hypothecam in immobilibus constituere vel  
 illa distrahere, et satisfactis rationibus pro sua opinio-  
 ne a Stracka de Mercatura 3. n. 31. adductis. Haec  
 scribit Simoncellus pr. in part. 1. n. 51. Optima  
 et fortasse necessaria erit cautela in locis in  
 quibus non viget huiusmodi statutum (scilicet quod  
 minores publice mercatores possint obligare et alienare  
 stabilia) ut in obligatione immobilium minorum,  
 licet sint publice mercatores, Iudex interveniat de-  
 cretum. Alioquin hypotheca facile posset nullita-  
 tis defectum pati, ex his quae diximus. Quae omnia  
 in materia mercatorum minorum, notes per patris,  
 quia sunt publica, quotidiana, ac nova a nemine  
 quem videmus ad huc excogitatis praeter Strackam  
 eorum cuius excitator fuit Stracka. Contra quem  
 sentiendum esse censeo. Et minor quidem quod



tracta fuerit ita defensus ut in integro illo tractatu de  
Mercatura tam suo pede pertransierit quinque casus  
nobis supra consideratos omittendo, et in uno quem  
tenuit minus perfecte loquendo.

De validitate contractus et hypo-  
thecae minoris iuxta Leges  
Sardiniae =

S. III,

34. Verba legis Sardiniae annullantis minoris con-  
tractum et iuramentum sine Iudicis decreto, expressa  
sunt, ut vidimus n. 7. sed inquit pars, quia sunt genera-  
lia non comprehendunt mercatorum contractus: quem  
admodum Iure commune verba generalia restitutionem  
minoribus concedentia non comprehendunt minores  
mercatorum vel aliam autem aut scientiam, quarum  
Magistratum aut gradum consequuti sunt, exerceant.  
Ita quoque hoc modo a paritate comparitur argumentum.  
In contractibus minorum excluditur Iure commune  
minor in mercatura a restitutione: Ergo in contrac-



6. libus minorum Iure municipali excludendus etiam  
minor mercator a nullitate =

35. **S**ed contrarium est certius, et nullitate no-  
toria laborare probatur. Primo quia Iure commu-  
ni, ut videmus, non est exclusus Universarius, et  
in omni casu Minor mercaturam exercens a res-  
titutione in integrum auaritia, sed eo casu quo  
luxuriam allegat, ut aduertimus supra l. 1.  
2. et praecipue n. 33. et consequenter potest argu-  
mentum retrogeri.

36. **S**ecundo, quia etiam dato et concessis pra-  
ter antecedenti, non est catholica consequentia.  
Nec enim de restitutione ad nullitatem argumentum  
procedit. Unde etiam restitutione prohibita, nullitatis  
remedium non excluditur nec sublatum censetur: im-  
mo ubi nullitas adest, necessaria non est restitutio l. 2. c.  
de Præd. Minor. Oddus de Restitut. quest. 15. art. 9. n.  
24. et 31.

37. **T**ertio, quia haec ipsa ratio et differentia confu-  
matur. Quia Iure communi non conceditur restitutio  
Minori, quia Minor est, sed quia Minor est et laesus  
et non aliter restitutio impeditur, quam laesio pro-  
betur ratione damni in consuetu accidenti non facto



Et ait Paulus in l. Nisi ex magna re. alias l. Veram

11. §. Item non restituitur ff. de Minorib. Ut enim mi-

nor restitutionem obtineat tunc probanda sunt. Minor

etas lesio dolus aduersarij vel propria facilitas, ut

docet Accius de Presumptionib. regula. 1. presump.

42. col. 2. infra fol. mibi 621. tom. 4. Odus De

restitutione quest. 4. per sedecim articulos.

38. In legibus autem municipalibus, et precipue

in hac, de qua agimus, ut nullitas procedat nihil

aliud desideratur quam etas; atque ita in restitui-

tionē quae ex lesione metitur, potest per epixera re-

gulas a cessatione rationis contractu dispositio ge-

neralis in aliquo casu limitari. In his autem

cum nihil aliud quam minoris etas desideretur

non potest eius fines cessare cum non damno solum

et eius reintegrationibus prospiciat sed periculum

etiam remotum caveat, et ideo contractum om-

nino annullat et vetet ut pote factus contra legis

formam quae licet non procedat; sed post contrac-

tum accedat; sufficere ait. Petr. Querada in dissent.

tom. 1. dissent. 9. n. 14. 15. et 16. Et minor prohibitus

contrahere non est comparandus cum minore

iuxta ea quae iure communi si pubes fuerit ge-



meraliter potest, sed si comparandus est, debet minor  
curatorem habenti equiparari, cui bonorum omnium  
administratio intenditur. L. 3. C. de iur. testit.

Minor. Menochius Cons 344. n. 10. tom. quem citat, et  
sequitur Cixiacus Consuetud. tom. 2. Cap. 252. n. 19.

39. Tandem in hoc casu rem extra dubitationis  
aleam, posuit, quod sitatem mercatoris in albo descrip-  
ti cum publicis exercitiis eius artis non esse probatam,  
sed immo constituisse adhuc eam artem non exercere  
minorem, sed tunc eum esse infamatum eorum  
qui de administrandis et vendendis mercibus con-  
venerant eumque velut institutum constituerant, atque  
ita neque in artis limine, sed in via reperiebatur et ille  
qui tabernam de novo cupit erigere et filius mercatoris  
de quibus loquitur Simoncellus de Secretis p. 2. inspect. 4.  
n. 38. 39. et 41. qui requirit dici Mercator, nec in albo  
descriptus. Et hoc solum motivum circa hanc questio-  
nem eius principali decisione omisso et pote non nece-  
ssaria fuit in Nostri Supremi Consilij Sententia pu-  
blicata per Josephum Alcarte Vice Hieronymi de Val. die  
9. Octobris anni 1662. expressum his verbis: Et quid  
quid sit de questione an inter mercatores sit limitand  
de hac re publica vel inter eos qui in albo descripti



sunt in hoc casu non erat antea mercator, sed famulus.

## QVÆSTIO SECUNDA

An ex continuatione administra-  
tionis post maiorem ætatem,

censeatur contractus va-

lidus redditus, et

tacitè renouatus.

40. **M**inor contrahit aliquando nulliter: aliquando  
valide, sed cum damno. Ad contractum nullum, res-  
titutione opus non est I. Si tutor. 4. C. In quibus cau-  
sis restitutio non est necessaria. Ad rescindendum  
tamen contractum rite celebratum secundum lesio-  
ne, restitutio necessaria est I. 1. et toto. tit. ff. De mino-  
rib.

41. **S**ed si contractum irritum vel validum si-  
milique damnosum maior factus ratum habuerit,  
frustra revisio postulatur. Hæc tamen differentia  
observanda est. Si quidem quando contractus est va-  
lidus in sui initio restitutio non conceditur nisi  
infra quadriennium a die scientiæ contractus

non



non utile; et ita si vel maior factus expresse ratum  
 habuerit vel per quadriennum scienter taceat, frus-  
 tra postea ad eius revocationem agitur. l. fin. C. De  
 tempo. in integ. restitut. Sane videtur de Restitut. q. 19  
 et 20. per tot. Quod tempus in Regno Valentia ad ven-  
 tum limitatum est. for. 1. De in integ. restitut.

42. Si vero contractus est nullus a b initio, solum  
 intelligitur a minore factus maior, tacite approba-  
 tus, si per quinquennium post completam etatem  
 et scientiam nullitatis taceat in contractibus  
 qui sunt onerosi illis cum quibus minor con-  
 traxit: in illis vero qui eidem etiam cum eo  
 contrahentibus sunt lucrati, si per decennium  
 inter presentes, et per viginti annos inter absen-  
 tes, non reclamaverit. l. fin. C. Si maior fac-  
 tus, alienationem sine decreto ratam habuerit.

Id quod etiam Jure Canonico procedere, probat La-  
 ra in Compendio Vita. Romani. cap. 22. num. 54.  
 quia non vi prescriptionis, sed presumpti consen-  
 sus agitur. Costa de Jur. sciunt. et ignorant. cent.  
 2. distinct. 59. Gratianus discept. forens. cap. 513.  
 n. 9. Concilius. Variar. reuelat. par. 2. cap. 1. n. 34  
 et 35. Hostius Francus de Potestat. Consider. 63.



43.

Similiter alia differentia versatur inter hos  
 contractus. Nam in his, qui in suis principis. validi  
 fuerunt ratihabitis retrotrahitur, et ex tunc intelli-  
 guntur valere quo ad ipsos contra hentes: Si vero  
 agatur de tertiij praesuditis, vel de contractu nullo,  
 solum operatur ratihabitis validitatem ex nunc  
 scilicet ex tempore approbationis. Costa. de  
 Retract. cap. 7. num. 16. Thesaur. decis. 7. num.  
 2. Sind. decis. 70. num. 16. et 22. Molina in  
 Compon. tit. 6. num. 43. Gratianus discept. forens.  
 Cap. 124. num. 22. et Cap. 253. num. 60 cap. 95  
 num. 18. et 19. Barbosa Claus. 61. n. 3. Capicini  
 Latio decis. 25. nu. 11. tom. 1. et decis. 154. num. 42  
 tom. 2. Vela dissent. 19. nu. 53. dissent. 21. nu.  
 62. dissent. 26 nu. 29.

44.

Ex his distinctionibus oritur differentia  
 inter duos titulos Codicis de hac ratihabitione  
 agentes. Quorum alia adest lib. 2. tit. 46. Si ma-  
 ior factus ratum habuerit, qui tractat de contrac-  
 tu validis in quo laesio intervenit. Alter lib. 5. tit.  
 74. Si maior factus alienationem factam sine  
 decreto ratum habuerit, qui agit de contractu nullo;



12  
probat late Oddus. de Restitut. q. 25. art. 3. et Bar  
bosa in Collect. utriusque tituli.

42 In nostro casu non solum conventionis habi-  
tatio, sed eius pluries renovatio, tacite contracta  
est: quia in primis fuit in minoris aetate inchoa-  
ta, et post illam perfecta; de quo Ulpianus in L.  
3. §. 1. ff. de Minorib. Oddus, de Restitut. in code  
ex q. 25. art. 4. Postea finita primo biennio con-  
tinuata vel ad aliud biennium, vel ad annum  
vel alia tempora iuxta distinctionem Ulpiani  
in L. Item quaeritur 13. §. qui impleto ff. Locati  
id quae partes non disputant, sed supponunt:  
sive contractum societatem dicamus L. Plane  
35. ff. Pro socio. Late Hector Felcius, de Societ.  
Cap. 44. per totum, Menochius lib. 3. praesumpt.  
57. sive operarum locationem. Menoch. d. lib. 3.  
praesumpt. 85. num. 16. quod propius videtur, tum  
ex forma conventionis, in qua apparet Stephanum  
Minorem constituisse institorem fratres Genue-  
ses, et pro mercede quintam suam partem assigna-  
se; tum ex statu minoris qui eo tempore in eorum  
famulatu versabatur; tum quia bona more fieri  
communis, partes expresse fuerunt protestate cum



bona taberna in Commendam tradere, et recipere  
respective factantur. Fuit igitur contractus et  
vobis habitus, et per totum vite tempus renovatus  
iuxta Ulpianum in d. l. Item 13. § qui empto  
11. in fin. in illis verbis: Et hoc deinceps in uno quo  
que anno observandum est ff. locati.

46. Intelligerem autem in hoc casu, de quolibet  
biennio ad triennium repetitum. Nam licet in  
locatione prædij rusticæ regulariter ad annum  
solum prestatitur, si tamen fructus in biennio  
percipiantur, extenditur ad biennium, et si quo  
libet semestre ad idem tempus restringitur. In  
Urbanis autem prout quisque habitaverit, obligat  
ion, quia quotidianus est fructus, a quorum per  
ceptione hoc renovatio dependet. Menoch. lib. 6.  
presumpt. 9. nu. 2. Anton. Gomez. lib. 2. Variar. cap.  
2. n. 15. Cancerrus Variar. resolut. p. 1. Cap. 14. nu.

57. Carreras, de Locato tit. de renovat. declarat. 15.  
Præter in rubric. de Locato §. 4. n. 51. ut in locatione  
operarum, in qua Iudicis arbitrium magis necessa  
rium est, qui mentem partium debet attendere, et  
servari, quia eis non potest assignari certum tempus,  
nulla melior regula potest constitui, quam illam pro



portionem sequi que a principio fuit a partibus con-  
 uenta. Ut loquens de Societate probat, Hector Felicius  
 ex his rationibus cap. 41. n. 29. et 31. Unde in nos-  
 tris casum intelligi debet de biennio ad biennium  
 tacita prorogatio, quia operas simili temporis  
 cum lucra in eo etiam quibus, metru et mune-  
 rari contra hentes in prima conuentione arbitra-  
 ri fuerunt. Nec illi placuit quantum lucra par-  
 tem cuius que anni solueri pro mercede incerta, licet  
 ex eventu certa futura: Sed factis in uno quoque  
 anno legitimis computis, quod ex diuicasso biennio  
 lucrum resultaret, ita sibi Penuesse adquirere, ut  
 quantum illius institori penderent, et non antea ad  
 eum effectum computarent. Aditex enim maxima po-  
 sset. Utique parti euenire in aequalitas, si unus annus  
 maximum resultaret compendium, et alterius mag-  
 num sequeretur damnum. Fertili autem cum sterili  
 computatis in diuicasso biennio, aequalis eret in fine  
 omnium fortuna.

**QVÆSTIO TERTIA**  
 An hypotheca bonorum et tacita  
 reuadatione contractus, sit taci-  
 ta vel expressa quo ad effectum =



47. Tacitum ex tacito non resultare, scripserunt. Not-  
tu pro regula generali. nec tacitum, aliud taci-  
tum producere, Menoch. lib. 3. presumpt. 85. nu-  
47. Mascard. concl. 1158. n. 47. Barbosa axioma  
ta 218. n. 5. tetigit. Nos, aliud aperitur observat.  
20. n. 60. Cuius a faciem multo minus potuit pro-  
ducere tacitum, aliquod expressum. Hypotheca igitur  
de qua agimus, necessario tacita ferenda est.

48. Sed contrarium est verius quoad effectum, in  
quo nostra questio versatur. Potest enim tacitum tri-  
bus modis considerari. Primus, ex eo quod venit in  
necessariam consequentiam, vel antecedentem. Secun-  
do quia venit ex natura actus. Tertio quod  
ex presumptionibus induitur. Et in his tribus mo-  
dis id quod ex tacito resultat habetur pro expresso.  
Et idem. Novatio quae expressione incipit, et in qua,  
a Justiniano subiecta sunt coniectura, a lege  
inducta, etiam induitur, si coniectura presum-  
ptiones, vel res ipsae, ut in compatibilitate vel alia  
similibus ex mente contra herentibus resident, quia  
id habetur pro expresso, ut probant Alstus in l. fin  
C. De novatione. Mascard. de Probationibus. concl.  
1112. n. 20. tom. 2. Gratianus decr. 11. nu. 13.



Cancer. Varias resolut. 3. p. Cap. 22. n. 95. et cap.  
17. n. 282. Fontanella, de Pact. nupt. claus. 4.  
gloss. 24. n. 45. Hostia Franzus, de Protestat. Con  
sider. 42. n. 1.

49. **A**dditur, quod ex facto declaratur potest  
 dici a terius generis tacitum, utrumque enim  
 complectitur. Est enim tacitum quoad verba.  
 Expressum vero quo ad effectum. Haec omnia  
 in nostri terminis probat Salict. in l. 1. ff. de  
maior. factus ratum habuerit. Mantica de tacit.  
et ambig. conventionib. lib. 1. tit. 5. n. 30. et 31.  
Subscribit et transcribit Partus, de credito cap. 2.  
tit. 1. an. 228.

50. **Q**uomodo cumque ipitur consideretur haec hy  
 potheca quae ex renuudatione, ratificatione,  
vel continuatione contractus deducitur expressa  
consuenda est. Nam cum intelligatur continuari,  
vel rata haberi cum omnibus prioribus contractibus  
qualitatibus, et hypotheca l. Item quaeritur  
13. §. qui impleto ff. locati, sequitur eam ex men  
te contraheentium renuudare, et pro expressa quo ad  
effectum haberi, nisi verba aut scripturae quo  
ad substantiam, non ad probationem tantum



ut certam formam requireret, quia ea non  
servata, non intelligeretur repetita. Balchus  
in l. Legem 16. C. Locati. Afflictus decisi. 369.  
nu. 15. Menoch. lib. 3. praesumpt. 85. nu. 46. Do-  
thopedus in dict. lege. 13. §. qui impletis litt. D.  
Verba in scriptis. Concessus, Varias resolut. lib.  
1. Cap. 14. nu. 60.

51. **E**t ut brevius et clarius explicem quae-  
stionem, eiusque decisionem, assero: idem esse qua-  
ere in hoc casu an sit tacita vel expressa hypo-  
theca, ac si dubitaretur, an esset legata vel con-  
ventionalis: id est an a lege inducatur pignus  
quod nulla partium conventionione contracta,  
an sit ex partium consensu productum, ut  
declarat Titulus de creditis cap. 4. num. 54. et  
asserere esse conventionalem hypothecam quia  
fuit in primo contractu conventa, et ex conti-  
nuatione prosecuta, ita ut vim conventionis  
expressae summat, et quoad praestacionem  
et concursum inter alios creditores hanc na-  
turam, et eius praerogativas a primo contractu  
in quolibet renovatione contractus



9. 47  
QVÆSTIO QVARTA

A quo tempore hypotheca cen-  
seatur contracta a diē pri-  
mi contractus, vel à quo  
libet principio nouæ  
renouationis

52. In hac quaestione communis distinctio est, ut illa  
hypotheca siue pignus quæ uno consensu contra-  
hitur etiam si resolutiones et perisiones vel inte-  
resse, vel pro tempore, vel in perpetuum annua-  
tim respondenda sint ut in annuo censu, vel  
vitalitio, vel debitoris cum responsione interesse  
ut pretium rei quæ fructus parit, vel alia simi-  
lia, habeant prælationem in omnibus quæ ex  
illo contractu procedunt videlicet quæ contractus  
cebratus est. In illis tamen casibus, in quibus  
conuentio fit ad tempus et ad eius continuatio-  
nem nous conuersum tacito, vel expresso opus est  
ut in locatione, precario, et societate, ius præla-  
tionis in creditore non proceditur extra tem-



41  
pus primi contractus. Unde creditor, qui es durante  
contraxerunt cum communis debitorum posterius exunt  
in debito pro primo contractu, pro debito ta-  
men ex secundo consensu, vel tacita renouatione pra-  
ferendi sunt conductori, Verbi gratia: Titius agrum,  
vel domum condidit a Seio, qui omnia bona pro  
mercede hypotheca subiecit per triennium. Idem  
Seius durante eo triennio Sempronius secum hypothe-  
ca obligauit pro alia causa. Deinde ex tacito con-  
sensu conductio domus, vel agri renouata est. Si Titius  
pro mercede primae locationis Seium conueniat.  
Sempronius praefertur. Si pro mercede renouatae  
locationis. Sempronij causa potior est. Itaque regula  
in hoc casu obseruanda, quam scripsit Man-  
cianus in l. Creditor. 12. § 3. ff. qui potiores: Si  
idem vis, id est ante secundum, et post eum cre-  
diderit, in priore pecunia potior est secundus, in pos-  
teriore tertius est. Et Triphonius in l. quae-  
bantur 20. ff. qui potiores. adde Sald. in la-  
bezynth. 3. p. cap. 3. §. Vni. annum. 76. Et in his  
notari debemus renouatae locationis et conduc-  
tionis probant. Ponitur ad Pragmat. de Locato  
n. 4. Roguobius alleg. 21. n. 21. et 22. Fais



de credito cap. 4. quest. 11. n. 2149. Sald. in labe  
ynth. credito. par. 2. cap. 27. n. 67. et 68. Costa  
de Privileg. credito. regul. 3. ampliat. 3. n. 54.  
et 55. ait, non intelligi in tacita hypotheca, in  
quo si recte percepi, arbitrio, ut probant auctores  
idem, quos citat, praecipue Sald. de credito cap. 4.  
questio 11. an. 2153.

# QVÆSTIO VLTIMA

Quis, in nostro concussu, ex litigantibus  
 praefendus; mulier, in bonis com-  
 munis debitoris pro dote, vel mi-  
 nores pro tutela vel mentores  
 Tuenenses pro obligatione  
 tabernæ administrationis

53. Scevola in l. Cum tabernam 34. ff. de Pignori.  
 ita scripsit: Cum tabernam debitorum creditorum pigno-  
ri deditur querendum est, utrum eo facto nihil exierit,  
an tabernæ appellatione, merces que in ea erant obli-  
gasse videantur, et si eas merces per tempus distraxe-  
rit, et alias comparauerit, eas que in eam tabernam



nam intulerit, et decerent: an omnia quae ibi depre-  
henduntur, crediti, hypothecaria actione petere  
possit, cum et mercium species mutata sint, et  
res alia illata? Respondit. Ea quae mortui tem-  
pore debitorum, in taberna inventa sunt, pignori obli-  
gata esse videntur.

54. **R**atio dubitandi apud Scuos tam illa est, cum  
et mercium species mutata sint et alia illata?  
Nam licet quando debitor bona generaliter hypothe-  
cae subicit, non solum intelligantur obligata quae  
tempore contractus sua sunt, sed quae postea qua-  
siverit licet non exprimat, ut de reate probat Justi-  
nianus in l. fin. C. quae rei pignori obligari possunt,  
illuc: At si res suas debitor supponere dixerit non  
ad res tam presentes, quam futuras ius tamen  
generalis hypothecae, etiam ad futuras res produci-  
tur. Merlin. de Pignori. lib. 2. tit. 1. q. 1. an. 2. Sal-  
gad. in Labeynth. Creditor. 2. p. cap. 13. nu. 6.

55. **S**i tamen debitor specialiter rem aliquam sub  
hypothecae vinculo obligavit, necesse est ut tempore  
contractus in eius bonis sit, alia enim nihil agit,  
nec ex supervenienti domino hypothecae con-  
ualescit, nisi novus postea etiam super veniente  
contrahentium consensus, ut hanc distinctionem



10. 49  
experimentes probantur Papinianus in L. 1. Gaius in  
L. et quae non dum 15. §. 1. ff. de Pignoriis. Merlinus  
de Pignoriis. lib. 2 tit. 1. q. 2.

56. Unde cum in casu Scenola taberna specialiter  
pignori data esset, recte dubitatum fuit, cum  
non illa in taberna manerent, quae in bono tem-  
pore contractus reperiebantur, sed aliae illatae, an  
in eis pignus speciale perseveraret? Respondit manens.  
Ratio est, quia ex vi subrogationis eadem in re  
trahuntur in specie licet in individuis mutatae sint:  
ut in grege, navi, leprone, Universitate, et alijs simi-  
libus, quorum si corpora vel partes in individuis mu-  
tentur, eadem deputantur, et vere eadem sunt: alie  
ita enim, nec nos ipsi iidem essemus, qui ab hinc  
anno finivimus ut recte argumentatur. Affertur in  
L. cum proponeretur 26. ff. de Individuis. in illis verbis:  
Quod si quis putaret partibus commutatis aliam  
rem fieri, fore ut exemus ratione nos ipsi non  
eadem essemus, qui ab hinc anno finivimus, propterea  
quod ut Philosophi dicunt ex quibus particulis  
minimus consistemus, haec quotidie ex nostro cor-  
pore decedant, aliae que extrinsecus in eorum co-



Locum accedunt. Quia propter cuius rei species eadem  
consisteret, rem quoque eandem existimare

57. **P**roinde que scripsit Martianus in L. 13. ff. de  
Pignoriibus: Super pignori obligato que postea nas  
cuntur, tenentur: Sed et si prioribus capitibus dege  
rentibus totus grex fuerit renovatus, pignori tenentur.

58. **V**nde in taberna, et omnibus venalibus, futura  
venire, etiam si non exprimantur, quia per subroga  
tionem in priorum locum succedunt, et eadem exis  
timantur, contra Socinum, qui obligationem, vel  
hypothecam mercium distinguere conatur ab obli  
gatione tabernae, probant communiter auto  
res nostri, ut testantur Merlinus, de Pignoriibus lib.

1. tit. 1. q. 45. n. 26. et 27. Paris de credito cap. 4

queris s. n. 168. 169. et 170. Parisius, de Saluans  
interdicto, inspect. 3. cap. 2. n. 177.

59. **D**ummodo fiat earum rerum subrogatio per  
ipsum debitorem, vel ex eius ordine, Nec sufficit per  
eius heredem, nisi fuerit explorato negotium a  
defuncto captum. Paris de credito dict. cap. 4 queris  
s. n. 170. Farina. in additionibus ad lib. 2. variorum re  
solution. Conarruina cap. 9. n. 17. ubi plures laudat,  
et probat Paulus in L. 29. ff. de Pignoriibus. et deue



runt glossa, et Bartolus in l. cum tabernam 34. ff.

de Pignoriis.

60. Itaque manet taberna, et bona in ea successive  
illata a debitorum communis, quae propria eius sunt  
hypotheca creditorum subiecta, tum ex vi subre-  
ptionis, tum ex clausula expressa in hoc casu, in  
qua bona presentia et futura obligata sunt, quae  
quotidie inseri solet cautionibus, ut dixit Iustus in  
l. et quae nondum 13. §. 1. in fin. ff. de Pignoriis.

61. Inspiciendum igitur est cuius sit potior causa  
in hoc concursu, et ad decisionem expendenda sunt  
bona, et credita, de quibus omnibus separatum age-  
mus.

**DE** Mercibus in taberna relictis,  
et repositis, et in ea extantibus.

**S, I,**

62. In his bonis praeferos Genueses, in dubium ve-  
latur, quia semper eorum dominium retinuerunt  
et institori vendendas consignarunt. Unde eorum  
vindictis competit quae omnes creditores excludit, ut  
probat Imperator in l. eos 9. C. qui potiores



illi verbi: Cos, qui acceperunt pignora, cum in rem  
actionem habeant, omnibus privilegijs, quae persona-  
libus actionibus competunt praeferi constat. *l. ubi  
adhuc 29. l. In rebus 30. C. de Jure datium.*

63. **P**robat etiam Ulpianus in *l. si ventu 34. §. In bonis  
ff. de Privileg. creditor. illi.* Si tamen numm<sup>2</sup> extant.  
Vindicari eos posse puto a depositarijs et futurum  
eum qui vindicat, ante privilegia.

64. **E**t magis ad rem nostram scilicet Ulpianus  
in *l. Procuratorij 5. §. sed si ff. de Tributaria actione,*  
ubi ita scripsit: sed si dedi mercem meam vendens-  
dam, et estat: Videmus ne iniquum sit in tribu-  
tum me vocari. Et si quidem in creditum ei abiit,  
tributus locum habebit. Enim vero si non abiit, quia  
res venditae non aliter desinunt esse meae quam si  
vendidero, nisi ex soluto, vel fideiussore dato, vel  
aliter satisfacto, dicendum erit vindicari me posse  
*l. Deposum 38. l. in rebus 52. ff. de Pecunio.*

65. **C**reditorum enim ius habent in bonis communis  
debitoris, non in alieni. *l. 1. §. 1. ff. de Pignoris. l. que  
praedium. C. si res aliena pignori data sit.* Et ideo  
dominus a quocumque concursu ea vindicat, secus  
si omnino possessus creditoribus. *l. Ad Dium Pioris.*



11.

S. si super rebus ff. de u. indicata. Et iure Castellie L. 11.  
tit. 14. p. 5. Vbi Fleamosilla. Anton. Gomez tom. 2.

Variar. resolution. cap. 2. de Empt. et vendit. n. 23.

Flores Diaz de Mena Variar. resolution. q. 6. n. 14. La

rimine Salpaderus in Laberynth. p. 1. cap. 8. a n. 38. et

Cap. 11. n. 110. et 2. p. cap. 24. n. 14. cum multitudine

clon. autorum ab eo citata, quibus addendus Alonzo

de Privileg. Creditor. rep. A. 1. ampliat. 12 n. 1.

66. **S**ed si merces ab ipsis Genuensibus venditae  
fuerint suo iustitru, etiam si extarent, eam prelat  
honem non habuerit, nisi de pignore earum sibi  
caruissent, vel dominium retinuerint; quia tunc po-  
test in quaerendis debitor suos anteriores creditores  
preiudicare, etiam ratione dotis, et in limine trans-  
lationis venditor legem quam velit exprimere, ut  
probat Anton. Faber in Cod. lib. 8. tit. 8. qui Potiores

def. de Fontanella de pactis nuptialib. clausula. 2. gloss.

2 p. 8. an. 10. usque ad fin. et part. 9. an. 18.  
et latius Merlinus de pignore. lib. 4. tit. 1. quest.

41. plures referentes ~~referentes~~; quibus adde Farinam

in addit. ad Couara. lib. 1. Variar. resolut. cap. 7.

n. 53. et Barbosam in L. 1. C. de actionib. empti.

plures de more referens, et c. quibus dominium



et consequenter omnibus anterioribus prælationem se  
muenes sibi retinere, et conservare.

## De Pretio mercium extante.

### §. II,

67. Ex antecedenti propositione inferri posse videtur  
hæc consequentiâ: Exo etiam in pecunia ex venditione  
mercium accepta, et nunc extante in ipsa taberna  
vel domo instituti, præferendi erunt Pennenses, quia  
etiam eius dominium ei quaeritur, vel exhibitione  
saltem potuerunt suam facere pecuniam, et Paulus  
scripsit in l. Si ego 24. ff. De negot. gest.

68. Sed verus est non esse præferendos, nec vindica  
tione agere posse, quia hoc pretium ita ab institute  
recipitur; ut eo uti possit quo casu mutuum contracti  
tur, vel in eum contractum transferatur, et consequen  
ter nummi instituti sunt et dominium eorum  
ad Pennenses non transit, ut probat amicus diserte  
Ulpianus in l. Si quis 4. ff. de reb. creditis. in illis ver  
bis: Nam et qui rem vendendam accepit, ut precis  
utatur periculum suo rem habebit. iuxta distinctionem  
ipsius Ulpiani in l. Rogasti 11. ff. eod. tit. de reb.



credit. Rogasti me, ut tibi pecuniam crederem, ego cum non haberem lancem tibi dedit, vel massam auri ut eam venderes, et nummis uteretur: Si vendidisset, puta mutuam pecuniam factam.

69. Facta autem mutua dominium in instituto transfertur, et non in dominos mercedum nam statim ut que pecuniam institutor tenet, animo incipit possidere, ut ipse Ulpianus scripsit in L. Ceteri conductio 9. §. ff. De reb. credit. in illis verbis: Animo enim cepit possidere.

70. Quamvis enim repulsa anima solo dominium aut possessio non incipiat, ut concordat Ulpianus in L. 3. §. In amittenda 6. et Paulus in L. quem admodum 3. ff. De acquiren. posses. fatentur; habet tamen repulsa limitationem, Nam ut docet Justinianus, etiam sine traditione videtur nuda voluntas domini, sufficit ad rem transferendam; Vt si rem, quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit, postea aut vendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit; quoniam enim ex ea causa tibi eam non tradiderit, eo enim ipso quod patitur tuam esse, statim tibi adquisita proprietate, per inde ac si es nomine tibi tradita esset §. Interdum 44. Institut. de rer. dimissione.



21. Itaque duplici ex causa dominium est institutoris pre-  
teritij mercium et non Ienuensium. Prima, quia cum  
nummi recipiant functionem in genere suo, sem-  
per presumitur eius dominium in accipientem trans-  
latum tantumdem reddituum ex rei natura. Cas-  
tills tom. 3. Controversas. Cap. 16. n. 32. Saxea decis. 14  
an. 23. tom. 1.

22. Secunda, quia hoc casu expresse fuit con-  
uentum ut retineret pecuniam, et in fine cuius  
libet triennij redderet rationem, et lucri quintam  
partem sibi institutori reseruaret; quod satis ex-  
plicatur cum pretio mercium, et nummi uti  
posse, et dominium ei quæri, iuxta eundem Ul-  
pianum in L. Certe conductio 9. §. fin ff. Si certus pe-  
tatur, in illis verbis: Deposui apud te decem, postea  
permisi tibi uti. Rexua, et Proculus, etiam ante  
quam mouerantur condicere, quasi mutua tibi hæc  
posse, aunt, et est verum, ut et Marcellus videtur.

23. Quod enim scripsit idem Ulpianus in L. Quod  
si ad initio 10. ff. eod. tit. Si cert. petatur et in L. 1.  
§. Si pecunia 34 ff. depositi. Ut si pecunia apud te  
deposita sit, ita ut si voluisses uterari, quia de  
positum est principalis contractus, et translatio  
in mutuum fit sub conditione Si voluisses, que

ita



ita demum impletur si voluntas significata ab  
 quo extero signo, saltem eam mouendo non a litere  
 a priori contractu credi videtur, ut satis ab Ulpiano illis  
 verbis declaratur: Creditam non esse, antequam mota sit.  
quia debitum iure non est certum. Ut autem certum sit,  
 requiritur ut moueatur. In pura vero conuentione uten-  
 di siue ab initio, siue ex post facto paciscatur antequam  
 mota sit, dominium illius transferitur. Cuius Vera notitia  
 conclusio est, scilicet, non esse praeforandos in pretio  
 mercium extante, fidei iurantes quia pecunia  
 absit in creditum, et dominium illius institutum est  
 et illius heredem.

24. Sed obijciunt aliqui nobis textum eiusdem  
 Ulpiani in l. Si ventri 24. §. In bonis ff. de Privileg.  
 Creditor. in illius verbis: Si tamen nummi extant,  
 vindicari eos posse puto a depositariis, et futurum  
 eum qui vindicat ante Privilegia. Inquirunt enim  
 in eo legi paragrapho, Ulpianum loqui de deposito  
 irregulari, in quo ita apud mensurarium nummi  
 deponuntur, ut non iidem, sed tantundem eiusdem  
 generis reddatur. Et hanc sententiam esse commu-  
 nem iuxta ius commune affirmat Castillo tom. 3.  
 Controuers. cap. 16. n. 12. tamque tenetur Florimilla



tom. 1. ad L. 9. tit. 3. p. 5. n. 3. Gaito de credito, in appendice  
cap. 4. n. 26. Salgadus in Labyrinth. p. 1. cap. 11. n. 22.  
Pater Molina tom. 2. de Justit. et iur. tract. 2. dis-  
put. 526. n. 6. in fine, Filiucius question. moral. to.  
2. tract. 34. q. 11. n. 20. in fine

25. Existens tamen contrarium esse verius, et Olpianum in hoc Versiculo in quo de pecunia extante agit, de vero deposito et regulari tractare, quod dominium nummorum in deponente conservat, et in mutui contractum non transfert. Idque, toto paragrapho inspecto, probat. In primis enim agit Olpianus de deposito tam improprio, quam vero: Sed in quo pecunia in sacculis designata non invenitur, et in hoc ait, tam deponentem vere (cuius pecunia, vel casu, vel culpa amissa est) quam deponentem irregulariter, in bonis Menularij Vendendis, potiores esse ceteris creditoribus post privilegia; quia uterque fidem publicam sequitur custodiae causa, siue eandem, siue tantumdem recepturus, pecuniam deponit eandem in vero deposito si extat. Tantumdem si non extat, vel est improprium depositum. Et ita, inquit in primo versiculo: In bonis Menularij Vendendis, post privilegia, potiores eorum cau-



24

sam esse placuit, quae pecunias apud mensam, fidem pu-  
blicam sequuti, deposuerunt.

56. **P**ergit in sequenti versiculo, et aduertit regulam  
privilegij prelationis limitari in eis, qui usuras à  
mensularijs accipiunt. Hi enim a caeteris credito-  
ribus non separantur, quia non custodiae causa, sed  
compendij deponunt, et quae alijs deponentibus ad  
custodiam, fides publica tribuit privilegia; hi cum  
proprio lucro, quod ambiunt, compensant, et inibus  
depositi renuntiare videntur, ut ait idem Ulpianus  
in L. si hominem C. S. quod res ff. de depositi illius. Dum  
modo eorum, qui vel postea usuras acceperunt, ratio  
non habetur, quasi renuntiauerint deposito. Causa  
ual. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 31. n. 16. Dummodo ta-  
men usura non tantum sint conuenta, sed exactae.  
Castillo lib. 3. Controvers. cap. 16. n. 66. Et quomodo  
is contractus sit licitus, tractat Josephus Ramonius  
cons. 40 per totum. Et Patex Sibelinus, de usuris lib.  
6. de usuris. Lugdunensis per totum et maxime  
cap. 5.

57. **U**lpianus igitur, regula, quam in primis ver-  
siculo docuerat adiecit limitationem his verbis: Sed  
enim qui depositis nummis usurae à mensularijs



acceperunt, a ceteris creditoribus non separantur, et  
merito: Aliud est enim credere, aliud deponere.

28. Tandem cum his verbis: Aliud enim est credere  
aliud deponere, arripit in ultimis versibus tan-  
tam davi differentiam inter depositum et mutuum,  
ut si nummi extant, a deponente vindicari possint.  
Id que intelligo, siue in sacculis obsignatis persue-  
rent, siue es ruptis, vel apertis, vel laceratis aliqui  
extant, alij amissi sint, et pro illis qui extant, com-  
petit vindicatio; pro ceteris depositis, et furti actio.  
Utrum autem loqui de vero deposito necessario  
latendum est.

29. Primo, quia irregulare depositum in creditum  
abiit, et non potest proprie dici de eo. Aliud esse de-  
ponere aliud credere cum etiam in creditum trans-  
fundatur, et notissimos terminos depositi excedere  
dixerit Papinianus in l. Lucius 24. ff. depositi; et  
ita non est omnino aliud credere.

30. Secundo, quia si de deposito irregulari Ulpia-  
nus in hoc versibus loqueretur, sibi irrefragabili-  
ter obstat in l. Procuratoris s. s. Si dedi ff. de tri-  
butis, action. et in l. Si quis 4. et in l. Ceteri condicis.  
9. l. Popasti 11. ff. de reb. credit. ubi illam distinctio-



nam amplectitur, ut vindicari possit res vel pecunia dum  
dominium non est translatum; non vero si in creditum  
iexit.

31. Tertio, quatenus lato in mutuum depositis, asserere  
nummos, vel aliam rem vindicari posse, contra  
iuris esset rationem, ut plures in libro Iuris pau-  
dentiae nostrae repetitum est, et indubitanter regnat  
transfere eorum dominium in accipientem, et proxi-  
mo domino, qui iam dominus non est competere vindi-  
cationem. Probat mihi diserte Papinianus in l. 8. ff.  
Depositum, ubi loquens de prelatione concessa deponentibus  
apud mensurarios ait: Quod privilegium exerceatur  
non in ea tantum quantitate, quae in bonis asper-  
tarij ex pecunia deposita reperta est, sed in omni-  
bis fraudatorijs facultatibus. Modos it. Privilegium  
exerceatur in pecunia deposita extante. Ergo non  
competit vindicatio, quia non privilegium, sed Do-  
minium competit. Item: Praelatio concessa deponen-  
tibus communis est, in qua non spectatur ordo,  
sed omnes simul admittendi sunt, ut docuit  
Ulpianus in l. 1. in fine ff. Depositum. Carbenal.  
tom. 2. tit. 3. disput. 31. n. 2. et 3. Ergo in pecunia  
extante depositi irregulari non praefertur is qui  
eam deposuit.



32. Est etiam ad hanc nostram rem Aegans, et in sig-  
nificatio Alfem locus in l. In navem Saufeij 31. ff. Locati.  
cuius haec sunt verba: In navem Saufeij cum com-  
plures fumentum confunderent. Saufeius unus  
ex his fumentum reddiderat de communibus, et  
navis perierat. Quaesitum est an ceteri pro sua parte  
fumenti cum navata agere possint in rebus  
actione? Respondit rerum locatarum duo genera  
esse, ut aut idem redderetur, sicut cum vestimenta  
fultora curanda locarentur, aut eiusdem generis red-  
deretur, veluti cum argentum pusillatum fabro  
daretur ut vasa fierent, aut aurum, ut annulli.  
Ex superioribus causa rem domini manere, ex poste-  
riori in creditum esse. Idem iuris esse in deposito.  
Nam si quis pecuniam numeratam deposui-  
set ut neque clusam, neque obsignatam traderet  
sed ad numeraret, nihil aliud enim debere apud  
quem deposita esset, nisi tantumdem pecuniae  
solvere. Secundum quae videtur tritium factum  
Saufeij, et recte datum. Quod si separatim tra-  
buitur, aut perierit, aut in alia culpa clusum  
unius cuiusque tritium fuerit, ita ut innotescere  
posset quid cuiusque esset, non potuisse nos permuta-  
tionem facere, sed tamen posse cum cuius fuerit



titium quod nauta soluisset vindicare, et ideo se im-  
 probare actionem oneris aversi. Quia siue eius generis  
 essent merces que nautae traderentur, ut continuus eius  
 fierent, et mercator in creditum esset, non videretur  
 onus esse aversum, quippe quod nauta finisset, siue ea  
 dem res que tradita esset reddi deberet, sicut esse ac-  
 tionem locatori, et ideo supervacuum esse iudicium one-  
 ris aversi.

83. Ab his omnibus iuris rationibus Ulpianum de-  
 flexisse in nostros verius, per quam absurdum  
 est; et ideo de vero deposito intelligendum esse  
 et eum qui pecuniam deposuit, ut tantundem reci-  
 peret, etiam si nummi essent non posse eos vindi-  
 care, probant Cuiacius lib. 9. quaestio. Papirian. in  
 dict. l. quod primum legum 8. ff. Depositi. tom. 4. Peque-  
 decis. 38. per totam et maxime n. 12. et 13. Fonta-  
 nella de Pactis nuptialibus. tom. 2. claus. 5. gloss. 3. p.  
 n. 12. Vbi ait Flores Diaz de Mena non intelle-  
 xisse Pequeam. Casual de Iudic. tom. 2. lib. 1.  
 tit. 3. disput. 32. n. 4. et 5. quibus ego libenter cal-  
 culum adijcio.

84. Confert etiam id, quod dicitur solet in legibus  
 Partitarum Alphonsi Regis Castellae, regulari-  
 ter ea hancibi, quae iure communi consonant, et in  
 UVA. BHSC



§ 9. tit. 3. p. 5. quae de nostra quaestione agit expressum est,  
posse vindicari nummos extantes ab eo, qui deposito  
vero et regulari custodiendos, eosdem quae nummos  
restituendos, tradidit, quae dispositione satis de  
claratur, locum non habere in deposito irregulari.

85. **E**t licet Plonius Aposta de Primitiv. Creditor.  
regul. 1. ampliat 12. num. 8. contendat, hoc de-  
duci argumento a contrario sensu, cui locus  
non est, si resultat correctio legum, iuxta l.  
Conventiula 15. C. de Episcop. et Clero ut resul-  
taret in nostro casu correctio text. in d. 5. In  
bonis: at ex his quae dicta sunt, implacabi-  
liter probatum existimo, nullo modo  
de deposito irregulari intelligendum  
sed de regulari et vero, in quo pecunia  
dominium semper retinetur a deponente,  
nec a aliquo tenus ad depositarium transit,  
et consequenter nulla ex hoc a contrario  
sensu argumento resultat correctio, nec absur-  
dum, et remanet firma conclusio in nos-  
tra causa Peruenisse fratres in Mexicum  
preb. nulla possint uti prolatione.



M 88

# De Privilegijs deponentium apud mensurarios

## §, III,

36. **E**sto quod iure domini nullam in pretio mex  
cum habeant Peruenies prerogatiua videndum  
est, an ex iure privilegii possit eis competere?

Et preferendos eos ut probari possit, argumentum

ita compono. Sunt Creditores privilegii ad eos

caeteris potiores, ut etiam hypothecarij antiquioribus

anteponantur: at qui deponentes apud mensuram

publicam, privilegii omnibus preferuntur: Ergo

etiam in nostro casu. alijs creditoribus potiores

sunt.

37. **M**inor propositio probatur ab Obsians in l.

si hominem d. d. Quoties ff. Depositi, in illis verbis:

Et ante privilegia ipsorum si bona venerint, deposita

riorum ratio habetur. Depositariozum, inquit, hoc

est eorum, qui depositas pecunias habuerunt de

positariozum, id est, deponentium in iura locu

tionem Castellan. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3.

disp. 32. num. 8.



78. **M**arior vero probatur ex eodem Ulpiano in l. Et  
si quis 14. §. 1. et §. 2. et ex Marciano in l. Impen-  
sae funeas. 45. ff. de Religiosis et Sumptib. funea-  
ris Verbis: Impensae funeas semper ex hereditate  
deducit quae etiam omne creditum solet precedere  
cum bona solvendo non sunt. Creditum intelligitur  
oportet etiam hypothecarium, ut docet noster Prae-  
ceptor Petrus in l. Privilegia 16. nu. 25. ff. de Pri-  
vileg. Creditor. cuius repetitio inserta est in §. que-  
dam actiones 2. Instit. de actionib. fol. mihi 134

79. **P**robatur etiam ex mutuate ad rem reficien-  
dam, qui ceteris omnibus anterioribus potior est, quia  
huius pecunia salvanda fecit totius pignori cau-  
sam, ut ipse Ulpianus docet in l. Interdum 5. l. Flu-  
ius 6. ff. qui potiores

80. **I**dem in Dote, cuius ratione mulier praesertim  
omnibus hypothecariis creditoribus antiquioribus,  
iuxta constitutionem Justinianam in l. Assidui  
12. C. qui potiores, ibi: Hoc summa in omnem colligen-  
tes sancimus ex stipulatu ad dotem quam mulie-  
ribus iam pro dote instituenda dedimus, cui quae etiam  
tacitam donavimus in esse hypothecam potiora iu-  
ra contra omnes habere mariti Creditores, licet



antecedentes sint temporis privilegij vallati.

91. Illa autem verba: Contra omnes mariti<sup>2</sup> credi-  
tores, an de tacitis tantum hypothecis, an etiam  
de expressis loquantur, questionis est? In qua  
adest inter Bulgarum negantem, et Martinum  
audentem dissidium, de quo brevitex et eleganter  
Gothofredus in Authent. de Privilegijs dotis §.  
qua<sup>o</sup> i<sup>o</sup>itur, siue Nouell. 109. Cap. 2. litter. P.  
obtinuit apud nos, ut siut hypotheca a sepe  
est tacita, sit prelatio etiam aduersus solos cre-  
ditores tacite hypothecae, et non conuentionali  
siue expressae, probat late Antonius Richardus in  
l. Privilegium 16. nu. 14. et 15. ff. de Privileg.  
creditor. quod sufficit ut sit vera illa maior<sup>2</sup> pro-  
positio, Sunt creditores privilegiazij qui etiam  
hypothecarijs preferuntur. Cum mulier non ex  
hypotheca, sed ex privilegio habeat preroga-  
tiam et anterioribus tacitis preferatur. Richard.  
in l. Privilegia 16. ff. de Privileg. Creditor. nu. 15.  
in fine

92. Manere igitur videtur argumentum obie-  
tum ex maiore et minori<sup>2</sup> propositione probatum,  
Sed facile, nisi fallor, exit solutio dummodo sup.



ponamus aliqua esse maiora privilegia et quae  
per anthonomasiam privilegia possunt appe-  
llari, ut sunt haec tria, de quibus meminimus  
Funeraria, dotis, et mutui ad rei refectionem.

Tantam enim vim habent ut etiam anteriores  
hypothecas vincant, ut explicuimus, quod sin-  
gulare est. Alia vero sunt minora privilegia  
quae valde minorem pre-rogativam habent.

Tres priores deponentibus praeferuntur: Deponen-  
tes vero caeteris omnibus privilegiijs creditoru-  
bus personales Dumtaxat actiones habentibus,  
potiores sunt: hypothecis tamen cedunt. Cuius  
uol. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 31. nu. 8.

93. At qua ita utrumque dixit Ulpianus, depo-  
nentes apud mensam publicam esse ante pri-  
uilegia in l. si hominem. d. & quoties ff. Depositi; et  
esse post privilegia in l. si ventus. d. & In bonis  
de Privileg. Creditor. Et verum est esse deponentes  
apud mensurarium post privilegia maiora  
et ante privilegia minora, ne sibi obstare, vel  
sui in memorem Ulpianum dicamus, quod in  
libro nostro non admittimus, et maxime ubi  
tam facili conuictio est, quam probant, Petr.



Barbosa in L. Sium detem. 23. §. fin. n. 34. ff. soluto  
Matrimon. Sequora decr. 38. n. 12. Richard. in L.  
Prinlega 16. n. 42. ff. de Prinleg. creditor. qua  
inserta est in §. quaedam actiones 20 Instit. de ac-  
tionibus fol. mibi 184. Aosta de Prinleg. cre-  
ditor. regul. 4. ampliat. 1. et 2. n. 8. Cum igitur  
 illa minor propositis: ut quis deponentes apud  
 mensam publicam privilegij omnibus prefe-  
 rantur, vera non sit, funditus omnino vit cor-  
 harium argumentum.

24. **S**ecundo etiam dissolvitur, quia prelatio-  
 natis deponentium apud argentarios, duplex ha-  
 bet fundamentum in Cristi. Primum ex Ul-  
prano in L. si ventur 24. §. In bonis ff. de Prin-  
leg. creditor. nempe, quia fidem publicam sequenti  
pecunias deponunt. Secundum ex Papiniano in  
L. 3. ff. Depositi, quia propterea necessarium usum ar-  
gentariorum ex utilitate publica receptum est.

25. **R**equirit igitur privilegium, ut mensa publica  
 sit qua fit depositum, et apud argentarium pu-  
 blicum illam negotiationem exercentem; et consequen-  
 ter in privati depositis inter privatos, locus pre-  
 lationis non est, et ita probant, Pet. Barbosa in L.



Si cum dotem 23. §. fin. n. 33. ad mecium ff. solut.  
matrimon. Pater Molina, de Just. et iur. tom. 2.  
disp. 526. n. 6. circa finem Filicinus quest. moral.  
tom. 2. tract. 34. q. 11. n.

96. Iure vasa Castella, etiam in depositis privatis con-  
ceditur haec praerogativa, iuxta l. 9. tit. 3. p. 5. Et  
apud nos in Regno Valentia idem constitutum est  
in foro 30. de Deposito, in illis verbis: Expressement  
si a satisfet a aquells qui auram feta comanda de  
aver, v; de altres coses ans que si a satisfet als al  
tres crehedors. Id est: Prims satisfaciendum est his  
qui pecunia, vel aliarum rerum depositum fecerunt,  
antequam satisfat alijs creditoribus.

97. Hoc amplius privilegium legibus nostris depo-  
sitis condonatur, ut habeant in omnibus bo-  
nis depositarum tautam legalem hypothecam,  
ac si adiecta esset a contrahentibus in conventionem  
foro 26. de Deposito. Quomodo admodum iure communi  
privilegium praetorium exercetur in omnibus  
fundatorum facultatibus, ut inquit Papinianus in l.  
Quod privilegium 3. ff. Depositi, imo expressam danti  
hypothecam reputatur in depositis mensae pu-  
blice cuiuslibet mercatorum, dicitur potest, cum non



libere admitti possent argentarij ad tenuissima  
 di mensa publica exercituum, quam si idonea  
 curia de solvendis pecunijs ab eis recipiendis  
 et satisfaciendis creditoribus curissent, ut cons-  
 tituit Petrus Primus ex nostris Valentini in  
 Curij, anni 1283. foro unico, de Securitate in ex-  
 tra uagante fol. 4.

98. **D**atur etiam Hypoteca tacita constitutione  
 2. de depositis in Cathalonia, quae haec continet  
 verba: Ordenam e statum que els bens de capum  
 cambiadon si en obligats tacitament alius crehe-  
 dors, e que valla arxi com si ab carta fossen es-  
 pecialment, o generalment obligats. Id est: Ordina-  
 mus et Statuimus, quod bona cuius que nummu-  
 larij sunt tacite obligata suis creditoribus, et  
 valeat perinde ac si cum instrumentis publicis essent  
 Specialiter, vel generaliter obligata

99. In nostris Valentiae foris illud expressum nota-  
 bam ut deponentes ita legali hypotheca potian-  
 tur, ut non ex curis que depositi tempore praes-  
 tationem interesse habeant, sed omnes simul ad  
 concursum nulla temporis distinctione conside-  
 rata admittendi sint, et pro rata creditu



quantitas ad iudicanda, si bona communis de  
bitoris non sufficiant iuxta forum 30 de Deposito  
quod eodem respectu privilegij prelationis ob-  
servandum dixit Ulpianus in l. 1. infra. De  
posito

100. **S**ed in hoc aequali concursu a foris nostris  
deposito distinguendum existimarem. Aliud  
enim in depositis factis inter privatos; aliud in  
eis, qui publicam tabernam, vel aliam publicam  
negotiationem aut mercaturam exercent consti-  
tuendum esse mihi suadet. Inter privatos enim  
non potest obligatio aut hypotheca contrahi,  
nisi ab eo die, quo de contractu depositi conve-  
nit; et ideo meo videtur nulla adesse ratio, pro-  
pter quam recedendum sit a regula generalis  
in creditoribus hypothecarij stabilita, ut qui  
prior sit tempore, prior sit iure Cap. Quis prior  
54. de Regul. iur. in 6. l. quoties. 29. ff. de Regul.  
iur. l. 2. l. qui balneum 9. ff. qui potiores l. si  
fundum 4. l. Divasit temporibus 3. C. eod. titul. qui  
bus adde Pichardum in l. Privilegia 16 an. 59.  
ff. de Privileg. Creditor. Acosta in praefat. ad  
regul. 3. n. 1.



101. **I**n **A**mmularijs vers et alijs, qui tabernam  
 venalem, vel publicam negotiationem exerceant, idem  
 aequaliter admittendos deponentes in **C**oncursum  
 licet habeant ex nostris fori tacitam legalem  
 hypothecam existimo, quia ab eo die, quo  
 mensa, vel negotiatio publica paratur, ante  
 vigentur omnibus futuris deponentibus et nego-  
 tiatoribus in distincte se cum hypotheca obli-  
 gasse argentarium, et consequenter non tempus  
 curusque contractus, depositi incipiendum,  
 sed illa antecedens generalis et indistincta  
 obligatio, quae omnibus creditoribus, sine  
 deponentibus, commune et eiusdem diei et horae  
 ius hypothecae quaerit; quem admodum de  
 tutore et Curatore docet **T**riphonius in **L. tres**  
tutores ss. ff. de administrat. tutor. L. Cum  
oportet C. in fine C. de bonis, qualibetis. Et in tex-  
 minis nostris **S**copurolius allegat. 16. num. 121  
**C**arlenatus tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. 31. n. 2.

Semper enim quocumque tempore fiat contractus  
 retrahitur ad tempus accepti officij. **P**atrian.  
 tom. 5. disceptat. cap. 935. n. 5. 22. 23. 24. et 25.

In primarijs vero depositis non est extremum  
 OVA. BHSC



28. seu magis, ad quod possit fieri restructio, vel recipere  
quo ad omnes equalitas.

102. Sed aduertendum est, iuxta communem hunc  
communem et equalem in argentarij bonis con-  
cursum, tres habere declarationes siue limitatio-  
nes.

103. **P**rima, si duas habuit nummularius vel  
mercator negotiationes et in earum qualibet  
separatas et diuersos creditores, tunc enim  
respectu cuiuslibet preferendi sunt credito-  
res unius, creditoribus alterius, idque de-  
recte probat Ulpianus in l. Procuratoris §.

§ si plures 15 ff. de tributis. action. ex illa ratione:

quia unusquisque eorum mereri magis, quam de-  
bitori credidit. facit Rogurol. allegat. n. n. 149.

104. **S**ecunda. Si quis habeat duas tabernas  
separatas licet eiusdem negotiationis, ratione  
illa: Ne ex alterius re vel merce alij indemnes  
fiant, alij damnum sentiant, ut idem Ulpia-  
nus scripsit in dicta l. §. §. Sed si duas 16 ff. de  
Tributis. act. =

105. **E**x his duobus principijs, siue reprobis li-  
mitationibus, deducebam decisionem questionis  
illius, in qua dubitabatur, qui creditor in



bonis nostrae Valentiniæ Urbis præferendi essent, siue quibus prius satisfaciendum; deponentes pecunias in tabula nummularia illius, an creditores, in quorum fauorem annui census formati sunt? Hæc enim disputatio in rebus gubernij se incidenter obtulit: Affirmaban enim licet omnia bona omnibus sint obligata, tamen in bonis, et pecunijs tabulae siue mensae vel ad eam destinatis præferendos deponentes, in destinatis ad censuum solutionem, domini: ne alij in damno essent, alij inidempnes fierent; qui alij magis mensae siue tabulae credidissent; alij ad alia bona quæ ad solutionem pensionum annuorum, et redemptionem in suis casibus proprietatum respexissent. Omnes enim utriusque generis, ut diximus, iuxta nostras municipali Hypotecarij sunt. Et quidem creditores tabulae, saltem ab eo die, quo illa fuit censuata, et arcentariorum mensae in totum extinctæ iuxta forum 97. anni 1575. fol. 14. et 15. quo fuit reuocatus forus Petri Primi in extranagante foris vnice de securitate fol. 4. et vniuersum commentum ad Urbis tabulam traslatum. Cæteri



veris creditorum censum a tempore cuiuslibet  
obligationis. siue instrumenti, nisi facta  
fuerint cum pacto succedendi in anteriorum  
censum qui ex eis pecunijs fuissent redem-  
pti iuxta notariam praxim nostram, et titu-  
lum C. De his, qui in priorum creditorum lo-  
cum succedunt. Sed quia diuersae sunt negotia-  
tiones, quilibet creditor iuxta genus suum, in  
vna quaque negotiatione praefendus est, ad si-  
militudinem fiscalium stationum, quae credi-  
tores vnius cum alijs non confundit l. 1. C. de  
compensationib. Et in republica in certis casibus  
Ioumense statuit Alexander Imperator in  
l. In ea 3. C. de compensationib. et conducunt  
etiam ad eandem questionem, sequentis limi-  
tationis doctrinae.

106. Tertia reuera, limitatio est. Si sint credito-  
res in diuersis provincijs, nam in bonis cuius  
que provinciae praefendi erunt hi, qui in ea  
contraxerunt, quasi bonis illius territorij ma-  
gis quam alijs crediderint. argum. dicit. S. Si  
plures 15. dicit. l. 5. de Tributis. Nam licet in  
hoc questione auctores nostri, ut solent, diuisi  
sint; Cumanus etenim, et Fulgosius, negant,



quos rursus defendit Mantica de contractib. 2o.  
 1. lib. 11. tit. Paulus autem, et Angelus quibus  
 quos sequuntur, et efficaciter tutantur Statuta de  
 Mercatoribus tit. de Secretariis p. ultim. ex n. 25. et  
 Scaccia de Commercio §. 6. gloss. 1. n. 93. **U**ltim  
 Salgadus in Labyrinth. 2. p. cap. 12. n. fin. dis-  
 cussa pro utraque parte questione, asserit in  
 praxi receptam esse sententiam Pauli et Ange-  
 li, prelationem in bonis cuiusque provincie,  
 vel Regni creditoribus illius tribuenti, licet  
 in punto iuris contrariam veriorum existimet.  
 Sed hoc exacte examinare et decidere, non est in-  
 tituti nostri, probabili tamen sententiam  
 de iure esse veriorum. Nam licet res alienum  
 unumquemque respiciat patrimonium nec ad unam  
 vel alteram Regnum restringatur, ut scripsit  
 Ulpianus in l. si fideicommissum §. 5. Fracta  
 tum ff. de Iudic. non tamen haec regula co-  
 llit prelationem cuiusque provincie, quasi  
 Creditores cuiusque respective bonis in una qua-  
 que existentibus principaliter, magis quam  
 alijs crediderint. arguuntur textus in l. Pro-  
 curatoris §. 5. Si plures l. 5. ff. de Tributaria. Et



32  
lege Castellae ita constitutum est. Si enim haec regula generaliter perpetua esset nec locum habere possent limitationes. Quam de Diversis tabernis vel negotiationibus loquentes, ut diximus.

10). **D**ifferentia enim illa, quam auctores contrarie sententiae constituunt de tributaria actione ab alijs quam refert Salpachus dicit 2. p. cap. 12. n. 10. mihi non probatur quia non reddidit Orlanus eam rationem; Sed illam ne ex alterius re vel merce alij indemnes fiant alij damnum sentiant. quae recte ad creditores diversarum provinciarum accommodantur et hoc modo verum exit habere creditores cuiusque provinciae uniuersum praesentium communis debitoris obligatum; Sed ita ut creditores cuiusque provinciae in bonis in ea satis preferantur, quia ea fuit contractuum praecipua mens; et post illos, admittantur etiam alterius provinciae creditores, quo cessat inconueniens expressum pro alia sententia apud Salpachum n. 12. ne alij creditores unius provinciae, exstantibus bonis, in alia, suo credito frustrarentur. Non enim nos negamus con-



cursum, neque uniuscuiusque facultatem obli-  
 gationem aut hypothecam sed gradum an-  
 tiquitatis, quo alter alterius in suis provinciis  
 sit prior, et in alijs posterior. Et facit idem  
 Ulpianus in dict. l. 50. d. Fractatum ff. de Iudic.

Ubi licet nomen aeri alienum nihil facere quo  
 ad exceptionem fore dowerit, limitat regulam  
 duobus modis; nempe si testator voluerit præ-  
 stare fideicommissum, ubi petitur. Tunc enim non  
 poterit illa præscriptione uti ut petatur, ubi bo-  
 norum maiora pars adsit; nec pariter si patris  
 numerum sit a limentis. Namque præstandi desti-  
 natum, vel tributis, vel alijs in excusabilibus  
 oneribus. Namque enim illa peti poterunt. Ita pa-  
 riter dicimus, ubi bona exigenda sunt. Scilicet  
 in provincia contractus, illa præcipue a contra-  
 hentibus sine obligata, ut præferantur in exac-  
 tione et prærogativa gradus, et alia subsidarie  
 et post alterius provincie debitores, ut sit in di-  
 versis provincijs, quod in diversis temporibus  
 l. Diversi d. C. Cuius potiores.

108. Sed cum in nostro casu, nec in aliqua harum  
 limitationum versemur, si quidem non ducatur



18.  
tabernae sunt, sed una eiusdem negotiorum et  
bona in eodem Regno existentia, et nihil de  
quibus municipalibus constitutum sit speciale  
in hac materia, sequitur ius commune obser-  
uandum iuxta quod nullum praelationis pri-  
vilegium in precis suarum mercium extante,  
competit Tenuensibus, ut probatum manet.

## De Hypotheca Dotis, Tutelae, et Administrationis

### S, IV,

109. In mercibus igitur extantibus, ex his quae a  
Tenuensibus missae fuerunt, praeferendi sunt ipsi  
tanquam domini, caeteris omnibus creditoribus.  
In precis illarum etiam extante nullis, quae duae  
propositiones nisi fallor, exacte, et efficaciter pro-  
batae sunt.

Videamus nunc, quem gradum constituamus  
potioritatis Hypothecae Tenuensium cum Hy-  
potheca Dotis, et Hypotheca Tutelae, minoribus  
ex utraq. causa competentibus. faciunt enim pro-  
potioritate Tenuensium tria fundamenta  
quibus



## Primum fundamentum.

110. Quia debitor communij tabernae administrator fuit, siue institutor aut praepositus, et dum bona, vel mercium praedia in alios usus conuertit et non rectam, reddit suae vindicationis rationem, et sic et praedia versatur: at qui in bonis praedictis vel suis, ad exoneraendam primo loco defuncti conscientiam creditorum ex causa, eius praelationis habet; ergo creditores Genuenses ex ea causa potiores sunt caeteris creditoribus. Maior probatur ex verbis sententiae latae in Regia Audientia Sardiniae in prima instantia. Loquens enim de credito Fubelae minoribus competentibus, ita concipitur: Pro praedicta quantitate habent, Minores tacitam hypothecam aduersus bona eorum patris cum praelatione ad omnes alios creditores anteriores expressam hypothecam habentes, et etiam contra dotem, quae tampecuriam numeratam in haereditate dicti quondam Conelles reperitur, quam post eius



28  
obitum exactam, non in emptionem prædiorum  
et censum ad utilitatem minorum, sed in  
proprios usus convertit. Quo casu pro liberatio-  
ne animæ patris eorum, qui in administratione  
dictæ curæ utitur, et prædæ se habuit, conceditur  
dictis minoribus privilegium Prælationis, cum  
anima sit ceteris rebus dignior.

III. Inquirunt enim Senneves, veram esse Theoricam  
ut qui administravit, bona et reliqua non sol-  
vit, tanquam fix et prædæ tractandus sit: sed  
hoc potius suæ administratione, quam minorum  
accommodandum esse cum merces omnes ab eis  
missas receperit in toto, et eas, vel earum partem  
in usus proprios convertisse dolose, constitit,  
eo ipso, quod neque eas neque vā. Porro restituat,  
aut solvit. Et saltem ex ea prælatione non  
esse portiones minores, sed æquales, et æqualiter  
esse in concursu admittendos, ad exonerandam  
pius conscientiam defuncti ex utraque causa  
adversus eos, qui ratione administrationis fix  
et prædæ existimandus est, et ex consequenti ius  
prælationis nancisci contra ipsos minores, na-



trone matrina dotis cum ratione administratio  
 nis dote cum ea qualitate hypothecam ta  
 citam a iure adquirant, iuxta ea, quae docuit  
 Gratianus Disceptat. forens. tom. 5. Cap. 935. qui  
 duas huius argumenti propositiones probat.

112. Ita enim inquit n. 1. in fine: Et huiusmodi  
 tacita hypotheca non est inducta contra admi-  
 nistratorem pro male ablati simpliciter,  
 sed cum privilegio prelationis. Nam per le-  
 gem hoc fuit statutum ad effectum liberandi ani-  
 mam delinquentis; quae anima est dignior cure-  
 tis rebus et ideo preferenda l. Sanimus C. de  
 Sacrosant ecclis. Et de inde n. 33. ad medium, idem  
 repetit his verbis: Ultra non obstat, quod quo-  
 minus competeret tacita hypotheca: tamen non  
 debet esse cum privilegio prelationis, in pre-  
 iudicium dotis mulieris habentis expressam pos-  
 teriorem iuxta distinctionem Cardinalis Man-  
 ticae dict. lib. 11. tit. 11. n. 6. et tit 26. n. 41. quia  
 verius est quod debeat esse cum privilegio prela-  
 tionis. Nam sola ratio liberationis animarum  
 consideratur in huiusmodi casu unde operatur



ut in talibus hypothecis dicta ratio habeatur pro ex-  
pressa. Suid. cons. 141. n. 25. lib. 2. et per conse-  
quens erit preferenda debitorum, cum anima sit dig-  
niori cunctis rebus, et omnibus debeat anteponi.  
E. Sarnanus C. de Sacrosanct. eccles.

## Respondeo =

113. **P**rimo, hanc opinionem, ut pro amate abla-  
tis debitorum tacita hypotheca in ceteris bonis au-  
ferentibus vel fruantibus, vel in administratione bo-  
norum dolose se gerentibus, non esse veram; imo con-  
trariam esse communem, et receptam, ut late  
probat Nogueziolus allegat. 1. Obi. nu. 46. ita  
inquit: Et Doctores tenentes, quod in bonis frui-  
inducatur hypotheca, loquuntur contra notoria  
principia, vel intelligi debent quando res  
fixata, vel per usuram quæsita extat incor-  
rupta, et reperitur in eorum bonis. Si vero non  
extat et agitur pro ex actione pena vel damni,  
omnes creditores hypothecarii anteriores pre-  
ferendi sunt, quia pro delicto nulla contra-  
itur hypotheca, nisi a die sententiæ. I. si quis



C. de bonis proscriptis. Et postea n. 49. ait: Atque  
 ita mirandum est quod Franciscus Siger Cyri-  
 acus contraveniens tom. 2. contraveniens. 282. per tot.  
 conatus fuerit defendere tacitam hypothe-  
 cam competere in bonis heredibus sive fideicom-  
 missarij pro mala bonorum administratione  
 existente dolo, ut ibi ex n. 20. citando easdem  
 doctrinas, quibus in hoc puncto innititur The-  
 saurus lib. 2. q. 84. cum in contrarium sit ve-  
 rior et communior opinio ut ipse agnoscit nu.  
 26.

114. **S**ecundo respondeo. Etiam dabo (et nullo  
 modo concesso) quod daretur hypotheca, non  
 esset illa cum praedicatione, quae maiorem satis-  
 factionem et iuris expressionem declarationem  
 requirit. Quod probat Noquerolius allegat.  
 l. n. 51. Nec non etiam ex eadem ratione rej-  
 ciendus venit Gratianus tom. 5. cap. 9. 35. ubi  
 idem dicit in praesentatione dolo bona domini  
 committente vel surripiente. Et similiter Paris  
 de credito in appendice ad cap. 4. n. 135. qui sola  
 relatione persequitur, et Gratianum, eorum opinio-  
 nem sequitur. Et Nouas in tract. de iudicibus et



72.  
male ablati privilegij, privilegij. 49. quatenus  
dicit, quod pro restitutione male ablatorum,  
hypotheca tacita inducitur super bonis illius  
qui res illas abstulit, et quod esset cum prae-  
latione. Quod quidem sine iure, et ratione  
resolvit, cum nullum textum nec doctrinam  
in tamis ad hoc citet. Et postea n. 53. ait  
Nonarium permanere in suo errore. Et plu-  
ra alia ad questionem nostram pertinentia  
adducit, quae omnino viderenda sunt, et nihil  
mihi his, quae doctissime Rognerolius in ea  
scripsit se offert addendum, Videndus etiam  
Merlinus de Pignoris lib. 3. tit. 1. q. 35. et 36.

115. **T**ertio respondeo. Nam auctores, qui eam opi-  
nionem amplectuntur, quae pro male ablati aut  
dolose gestis hypothecam tacitam cum praelatis-  
nem inducit, requirunt, ut sit dolus verus et  
manifestus non praesumptus, ut statim in in-  
tro sua disceptatione 935. agnoscit Gratianus.  
Quoties enim velamine officij dolus regi potest,  
non datur pro male administratis doli actio.  
Gratianus dict. tom. 5. cap. 935. n. 12. Sed tunc



aut mandati. Loguezolius dicit allegat. l. n. ss.  
exl. l. S. Spiritus in tutela. ff. de Fidei. et ra-  
tion. distrahent. Fam. cons. 160. per totum, et  
alijs.

116. **I**n hoc autem nostro casu non solum dolus  
verus, sed nec praesumptus nec alicuius in ditiis  
probatum est; Sed tria illa concurrunt, quae Prae-  
bianus n. 16. requirit, ut velamine officij, vel  
contractus, dolus possit operari, scilicet. Primo;  
ut dolus non transeat in aliud nomen delicti.  
Secundo; ut tendat materia ad nullitatem  
potius quam ad delictum. Tertio; ut non sit  
factus occupatoris, qui dolum commisit: Ni-  
hil enim in contrarium probatum est, et  
consequenter res manet extra controversiam  
a seam.

## Secundum fundamentum.

117. **G**eminoses habent expressam hypothecam  
a contractus confecti die 6. Aprilis anni 1638.  
ut diximus n. 1. vel saltem ab anno 1643. quo  
factus maior, illum ratum habuit debitor siue  
institor: Et qui hypotheca datus fuit anno 1646.



28. Ut diximus quest. 4. et hypotheca tutela anno  
1649. et hoc factum inter partes non dubitatur:  
Cuius utriusque hypothecae Penveniens praeferendi  
sunt, ex regula sepius repetita in creditoribus  
hypothecariis: qui prior est tempore, po-  
rior est iure.

## Respondeo

118. In factis non dubitatur. Periculum quan-  
titatis debita Penveniensibus non esse de adminis-  
tratione tabernae eorum annorum, qui annum  
1653. praecesserunt, sed ex annis postea sequentibus.  
Atqui hypotheca Penveniensium quolibet triennio  
extinguitur, et quolibet triennio renovatur, vel  
iterum incipit, ut probavimus in dubio supra quest.  
4. et consequenter agitur de hypotheca v. l. tri-  
ennij capiti anno 1653. Cuius in ea vel illius res-  
pectu, hypothecae dotis, et tutela prioris tempore  
sunt, et ex eadem regula potiores, et Penveniens  
superantur et vincuntur ex eis a minoribus.

## Tertium fundamentum.

119. Regula illa: Qui prior est tempore, potior est  
iure



*iure*, solum procedit quando creditorij hypothecarij nullis alio privilegio nituntur: Si vero aliter aliter plus habeat, scilicet ut ultra hypothecam concurret in eo favor publicus a lege consideratus, is praefertendus est ei, qui solum hypothecam habet, licet tempore anteriorem. At qui in Senensibus, ut in ceteris creditoribus argentarij, non solum imitatur expressa hypotheca, sed etiam favor publicus, qui in huiusmodi deponentiibus consideratur a lege. Cuius quamvis hypotheca posteriori suantur, ex ea, incho favore publico, et ex eius causa Senenses praefertendi sunt.

120. **M**aiorem, et minorem propositionem probat Senatus Cathalanus apud Reperiam decis. 38. n. 16. et 17. his verbis: Quia reputam illam, qui prior est tempore, potior est iure, veram esse dixit Senatus in his creditoribus, qui habent realem aequaliter hypothecam, taliter quod unus non habeat plus quam alteri. Et sensus esse quando unus ex creditoribus habet plus, ut puta quod ultra hypothecam concurret pro eo favor boni publici a lege consi-



decuratus, quia tunc talis creditor quantumvis posterior, utilitate publica suadente preferendus est simpliciter hypothecariis, et cum quibus diu-  
sus publicus fauor non conuenit ut in leg. Si  
feminam d. S. Quotiens l. quod priuilegium d. ff.  
Depositum. Et licet lex illa in personaribus acti-  
onibus loquatur idem quoque statuerendum est  
inter eos, qui in hypotheca aequales sunt ut pra-  
ferantur illi ex identitate rationis.

121. Fuerat autem in ea specie, non solum minorum  
hypotheca anterior, sed finita fuerat tutela, an-  
tequam communi debitor tabernam praeset  
et cuius ratione contraxisset, ut in prin-  
cipio decisionis refertur et supponitur ante  
numerum primorum huius verbi: Filius Me-  
caton. Postquam multos annos tutelam et  
curam filiarum sempresm<sup>is</sup> praebisset, eorum  
que bona administrasset, non reddita ratio-  
ne curae mensam mimumm<sup>is</sup> lazzam, quam  
nostri banchariam sive bancharum appellant  
parauit, in ea camporum officium exercens. Et  
na. 16. repetit illic: Quod argumentum videtur



condudere pro dictis pupillis, quorum bona multis  
ante quam filius camprovis officium exercebat, fue-  
rint administrata.

# Respondeo

122. **N**on solum argumentum non obstare, sed  
neque iure eius doctrinam subsistere. Et non  
deponentes etiam cum hypotheca, sed pupillos  
preferendos, sequentibus argumentis probo,

## Primo -

D

123. **Q**uia regula illa: qui prior est tempore,  
potior est iure, in hypothecariis creditoribus  
ades perpetua est, ut nisi expressis verbis iuris  
communis, vel municipalis contrarium  
statuatur, ab ea recedendum non sit. Pichard  
in dict. l. Privilegia 16. num. 59. ff. de Pri-  
vileg. creditor.

124. **A**t qui, neque iure communis, neque  
Caltha launio, circa hanc prælationem ali-  
quid innovatum, vel constitutum reperitur:  
Ex regula generali standum est, et minores, qui  
antiorum habent hypothecam preferendi



125. Siquidem iure commun<sup>o</sup> nihil aliud credito-  
ribus argentarij conceditur, quam privilegium  
in concursu dum taxat personarum actio-  
num, et non realem, ut diximus, et probat  
disserte textus in l. Si ventu<sup>o</sup> 24. §. In bonis  
ff. de Privileg. creditorum l. 7. l. 3. ff. Depositi. Richard.  
in dict. l. Privilegia 16. n. 44. ff. de Privileg. cre-  
ditorum. Carlenat. de Indic. tom. 2. lib. 1. tit. 3.  
disp. 31. num. 8.

126. Deinde constitutio<sup>o</sup> Cathalonie, quæ est secunda  
tituli de Depositi hoc tantum disponit: Orde-  
nam et statuum<sup>o</sup>, que els bens de Casura cam-  
pudor si en obligats tacitament a llurs cre-  
ditors, e que valla aida com si als carter  
fossent specialment, o generalment obli-  
gats: Id est: Ordinamus et statuimus, quod  
bona cuiusque nummularij aut camp-  
saris sint tacite obligata suis creditori-  
bus, et valeat perinde, ac si cum instrumentis  
essent specialiter, vel generaliter obligata.  
Itaque hæc dispositio tribuit creditoribus  
tacitam hypothecam. De prælatione tamen  
nec verbum, nec mentio reperitur; idem que  
est inam



est inusta nostras Valentiae foras. Ergo in hunc  
 alia sunt huiusmodi constitutiones, et foris Regis  
 le generali. Quod enim non mutabatur, quare istas  
 re praestibatur, inquit Justinianus in l. Sana-  
mus 2). C. de testament.

## Secundo

127. Quia, a iure in dubium est, concessionem  
 tacite hypothecae etiam ob fauorem publi-  
 cum a lege consideratum, non tribuere ius  
 praedationis: Ergo licet creditoribus mensula-  
 rij tacita hypotheca iure municipalis Ca-  
 thalonis, et Valentinis tributa sit, etiam  
 in fauorem boni publici a lege considerata ma-  
 nebit praedationis regula ex tempore, ut nun-  
 quam hypothecarius posteriori anteriori ante-  
 ponatur.

128. Antecedens probat, nisi fallor, evidentissi-  
 me Justinianus in l. Assidui 12. C. Qui  
potiones in proprio habeantur, inusta l. Omnia  
C. De rei uxoria actione. Et claritatis gra-  
 tia, ita compono syllogismum. Uxoribus ratio-



ne dotium, quarum causa praecipua est, et fauor  
publicus in eis a lege considerata L. 1. ff.  
soluto matrimon. concessa fuit a Justi-  
niano tacita in bonis mariti hypotheca, ut  
minoribus in bonis tutoris et Curatoris L. omni-  
ca. C. De rei uxoria actione. S. 1. ibi: Et ut ple-  
nius dotibus subueniatur quem admodum  
in administratione pupillarum rerum, et in  
alijs multis iuris articulis, tacitas hypothe-  
cas in esse accipimus.

129. **A**t qui hac concessione non obstante, aequi-  
bus cumque anterioribus creditoribus hy-  
pothecarijs ratione temporis superabantur  
ut ipse Justinianus testatur in dict. L. Ausi-  
dius 12. C. qui potiores, in illis verbis: Non ita  
que ad antiquas leges respeximus in personali-  
bus actionibus rei uxoriae actioni magnam pre-  
rogatiuam praestantes, ut contra omnes pere-  
sonales actiones habeant privilegia et cre-  
ditores alios antecedant, sicut fuerint anteriores.  
Et hoc cum in personationibus statuatur actio-  
nibus: Si hypothecam respicerent illico iu-  
stitiae rigor relaxabatur. Recte in textibus pro-



bat prælationem concessam vel privilegium  
 in concursu actionum personalium, nihil  
 obstare hypothecarij creditoribus; sequuntur  
 statim illa Verba: Et senioribus hypo-  
 thecis, novas mulierum hypothecas si ha-  
 bebant actiones, expellebant. Ecce concessam  
 tacitam hypothecam dotibus ob favorem  
 publicum à lege considerata senioribus  
 hypothecis superari et vinci: Ergo privilegium  
 tacite hypothecæ etiam ob favorem publicum  
 nullam tribuit prælationis prærogativam;  
 et ideo nova Justiniani lege opus fuit ut in  
 eadem E. Assidui, constituitur illuc: Sanimus  
ex stipulatu actionem quam mulieribus  
pro dote instituendam dedimus cuique etiam  
tacitam donabimus in esse hypothecam po-  
teriora iura contra omnes habere Marita ~~cre~~  
ditores licet anteriores sint temporis privi-  
legio vallati. Ergo pari ratione, licet legi-  
 bus nostris prælatio personalibus actionibus  
 et tacita hypotheca in bonis mensurarij vel  
 depositarij concessa sit, dum nihil de privile-  
 gio prælationis exprimitur, manebit regula



respectu hypothecae, ut is sit potior qui prior.  
Imò respectu creditorum, qui ex hypothecae  
ius habeat, haec praelatio adeo dura vide-  
tur ut quamvis a Justiniano respectu om-  
nium creditorum absque distinctione lan-  
gita sit interpretatione iusta ad solaci-  
tatem hypothecae temperetur, ut dixi-  
mus supra n. 91. quasi lex beneficium  
suum tacite hypothecae alij concessum  
limitet ob dotium fauorem, cuius praelatis-  
simam ea nova lege impetratur, praevulsi-  
cium tamen anterioribus creditoribus in iure  
hypothecae ex partium conventionem quaesitam  
inferat.

### Tertio =

130. Ita argumentor ad Romulum. Per se inter  
creditorum hypothecarios ille praefendus est  
in quo cum hypotheca concurrat fauor publi-  
cus a lege consideratus. At qui minores ha-  
bent hypothecam ob fauorem publicum a lege  
consideratum, et majorem quam argentari-  
orum creditorum. Ergo minores praefendi



131. **M**aiorem propositionem pro suo fun-  
 damento deducunt hi, qui in illa Regu-  
 ra decisione num. 16. et 17. mensuraxij  
 creditores, minori prævalerunt. Minor  
 vero probatur; quia iuxta communem (ut  
 dicimus sequens) creditoribus mensuraxij  
 tantum datur privilegium inter perso-  
 nales actiones: Minoribus vero hypothecae  
 competit legalis quæ non solum perso-  
 nalis sed hypothecarijs creditoribus  
 posterioribus anteponitur ob publicum  
 favorem in infinitis prope modum iuxta  
 locis consideratum. l. fin. In quibus cau-  
sis pignus vel hypotheca tacite contrahat  
ur l. pro officio 20. C. de administrat. tu-  
tor. cum alijs pluribus. Ex quo in illa spe-  
cie decisionis 38. Regura minor iuxta lu-  
xij elementa præferendus erat ob hypothec-  
am legalem anteriorem.

132. Tandem observo in ea decisione, hanc in



concursum praedationem fuisse concessam in  
pecunijs Mensae Nummulario: In alijs  
Vero bonis, de ea Senatam dubitasse,  
et rem ad maiorem deliberationem  
retinuisse. Qui autem de praerogativa  
et potestate dubitavit quo ad cetera  
bona, etiam de pecunijs ipsius Mensae  
dubitare debueret. Nam licet quando  
sunt duae negotiationes diversae credit  
res unius a lijs in praedatione non  
praediciant iuxta Ulpianum in l. 5. §.  
Siphax 15. ff. de Tributor. act. et. Paul.  
Castrensis cons. 285. Num. 3. lib. 1. quom  
refert Noguezot. allegat. 11. Num. 149. ut  
diximus supra Num. 103. at ubi una sola  
est, ut in casu illius decisionis Castre-  
lensia, et nostra; privilegium non solum  
exercetur in pecunia recepta in mensa  
argentaria, sed in omnibus fraudatoris  
facultatibus, ut his verbis scripsit Papi-  
nianus in l. quod privilegium 8. ff. De  
positi. Et ideo minor, cuius prior tempore



fuerat hypotheca legalis, alij creditoribus  
posterioribus etiam hypotheca legalis ex  
iure municipalis suffulsi præferri debui-  
set.

133. Possēt etiam expendi plures ex nos-  
tri Juris consuetis. assereret inter primū  
legiā maiora, quæ ad similitudinem  
funerariæ, dotis, et mutuantis ad relectio-  
nem xii, qui deponentibus præferuntur,  
et diximus supra num. 92. enumerandos  
etiam ob eorum similitudinem, et æqui-  
parationem: Republica l. Boni 22. §. Re-  
publica ff. de Primileg. creditor. Fiscus  
l. Si cum pecuniā 3. C. De Primileg. Fisci.  
Et de utroque Cujacius lib. 4. quæst. Papi-  
niam in l. quod privilegium 8. ff. Depositi-  
ti. tom. 4. col. mibi 172. Carlenal. de Judic.  
tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 31. num. 13. et Pu-  
pillus. Barbosa in l. Si cum dotem 23. §. fin.  
num. 34. soluto matrimo. Castillo lib.  
3. controversiar. cap. 26. num. 55. Si enim  
pupillus, etiam deponentibus anterioribus



ex hoc privilegio anteponendus est; mul-  
to magis pupillus, qui anteriorem Prae-  
buit legalem hypothecam, ex iure mu-  
nicipali de omnibus praefari.

134. **E**xpo tum ex hac ratione, tum quia in  
Regno Sardiniae creditoribus ex deposito non  
datur ius speciale, vel patrum legibus com-  
munibus causa decidenda est, iuxta quas  
ex omnibus supra scriptis constat, minores  
esse anteponendos Generibus, tam ratione  
doti materna, quam tutella, et Curae  
administrationis. Et ita sententia lata in  
Regia Audientia Sardiniae fuit iudicatum,  
publicata die 19. octobris anni 1660. et fuit  
confirmata in hoc Sacro Supremo Consilio. Sen-  
tentia publicata per Hieronymum de Val  
die 9. octobris anni 1662.

135. **E**t licet motiva non fuerunt conformia,  
sed in aliquibus contraria, sufficit esse confor-  
mia in decisione, ut rem iudicatum faciant  
iudicia nostram indubiam, et frequentissi-  
mam praesumam.



11







10



UVA.BHSC



UVA.BHSC



)  
UVA.BHSC







126



THE UNIVERSITY OF VIRGINIA

LIBRARY















# DE

## PRIVILEGIO CREDITORUM

ratione alimentorum eius, qui non tenetur nisi in quantum facere potest,

## OBSERVATIO CXXII,

1. **P**lura diximus in observatione antecedenti, de privilegio creditorum. Omittimus tamen illud, de quo mentionem perfunctorie fecimus obser. 31. num. 8. 9. et 10.; scilicet, quod competit illi, qui alimenta prestitit, vel ad ea mutuavit ei, qui non convenitur, nisi in quantum facere potest. Huius enim creditus prerogative declaratio et discussio, plena hac et integra observatione digna est.

2. **E**t licet plures sint, qui a iure hoc privilegio sine exceptione, ut non insolvidum conveniantur, fuerunt, quos enumerant Baeza in tract. De inope. debitorum cap. 17. Sordus de Alimentis tit. 1. quest. 78. Parladorus rex. quotid. cap. fin. §. par. §. 6. n. 16. Leuallos Commun. cont. Commun. tom. 1. quest. 329. Gubiazoz de Jurament. confirmator. i. par. cap.



16. et 17. Petr. Barbosa in l. Martium 13. an. 2.

ff. soluto matrimo. Pascualis de Virib. pat. potest.

2. par. cap. 9. Salgado in labyrinth. creditor. p. 1. cap.

24. an. 2 usque ad 9. Et omnium latissime Joannes

Castagnus Panormitanus in integro libro, de hoc  
beneficio ne ceat: At nos, non de omnibus, sed  
de Equitibus, et Nobilibus, quibus in nostris Regnis  
hoc beneficium competere, siue proximis gradus no-  
bilitatis sint, ut Ducis, Marchiones, Comites, et Vice  
Comites, siue simplices milites, non est dubium, ut  
animadvertimus obsex 13. n. 16. noster Leo deciss.

85. et Salgado in labyrinth. 1. Cap. 24. num. 50.

conducit Decant. ad capitula Curiarum Sardi-  
niæ lib. 1. tit. 2. n. 2. Et post expulsionem Mau-  
rorum nihil magis in praxi receptum et usum  
quod antea vix cognoscebatur, aut rarisime, ut  
insinuatur in Cap. 22. anni 1626. fol. 96.

3. **A**d nostram igitur questionem siue obser-  
vationem explicandam aliqua a nobis suppo-  
nenda sunt. Et in primis in duplici casu posse  
de hac prelatione disputari. Primo si debitor  
vivente factus est creditorum concursus, bona sub  
Regio sequestro et administratione posita et de  
bitori alimenta taxata. Secundo, si debitor, qui



insolidum conueniri non potest eo beneficio de facto non est usus sed omnia bona sua libere administravit, et post mortem (bonis liberis ad creditum non sufficientibus) contigit de creditis, eorumque præstatione disceptari.

4. Secundo suppono, sententiam esse indubitabilem apud nos, ut positus sub sequestro bonis, et alimentis debitori et eius familiae adiuncti calis (de cuius præxi agit noster Leo deus. 85. et Salgadus in labyrinth. credito. par. 1. cap. 1. n. 7. et 8. Alosta de Privileg. credito. regul.

5. limit. 9. n. 10.) nunquam posse procedi ad venditionem, siue proprietatum alienationem, etiam si ex eorum venditione magnum sequeretur compendium; debitori non damnosum; et valde utile creditoribus, ut adificium sumptuosum, vel oppidum magni valoris quo ad proprietatem, redditus autem annui parui sint.

Non enim eorum alienatio permittitur, quia tempore expulsiōnis Manuorum a Philippo III Rege nostro (cuius decretum siue precōnium ad litteram adfert Paschalis de Viris. pat. potest. p. 1. cap. 7. n. 25. usque ad fin. et potuisse expelli Oldradus cons. 87) imperatum fuit,



12  
ut Baronie, cetera que Nobilium bona ea calamitate ob bonum publicum et religionis celum, vel deperdita, vel diminuta, et in summam egestatem devoluta Nobilitas eis omnino servaretur intacta, licet creditoribus obnoxia, tum etiam, quia a communiter accedentibus huiusmodi Baronie, oppida, et domus a Majoribus derivata sunt, meritis, et obsequijs in Regio servitiis, et sanguinis splendore conspicuis, qui si ea bona vendere, aut alienare cogerentur, taxibus, sepulchris que abitis cavendum haberent; quod erit absurdum, ut ait Celsus in l. in fundo 38. ff. de revindicat.

5. **A**t que ita in hac contrasuetudine, que iure communi in contrarias interpretum factiones divisa est, semper apud nos illa amplexa sententia; ut Nobiles, qui deducto ne egeant, conveniantur, ad alienandas proprietates non compellantur. De quo Videndi Grego. Lopez in lib. 2. tit. 19. partit. 4. Verbo la riqueza Anton Gomez in l. 10. Jani n. 40. Parez de expensis cap. 4. n. 18. Salgadus in labyrintho cap. 24. an. 18. Baeza de Inope debitore cap. 17. n. 13. Felles Fernandez in li. 10. Jani n. 14



Castagnus in tract. de Inope debitore, qui exstat  
post Noxum, De beneficiis Ne exeat cap. 17. nu.  
 24. 25. et 26. Menochius De arbitrax. casu  
183. nu. 24. Aosta de Privileg. creditor. regul.  
5. limitat. 9. nu. 11. Vers. Utium.

6. Hoc iure nos utrimus, et hanc sententiam in  
 gratia receptam affirmamus, et etiam iuxta  
 ius commune pondere rationum veriorum  
 censemur. Si enim is, qui opprobrium domini  
 um habet, in annuos census valorem com-  
 mutet, ex vassalorum dominis, dominus  
 census efficietur, ea hominum independen-  
ti imperia; quae maior divitiarum est,  
 ut dicit Hadrianus apud Paulum in l.  
cum ratio 1. 5. si plures 3. ff. de bonis damna-  
torum = Patrimonium a debitoris arbitrio pen-  
 dens conuertet. Ex fructibus aliqua immedia-  
te colligendis, Res veritatem praestante Ju-  
diciorum tella, et litium incertis eventus, etiam  
 in executiis causis, ad recuperanda credita  
 opus habet. Quid magis damnosum; immo  
 ipsa exceptionis natura deducto ne exeat, id  
 videtur manifestare. Non enim illius fauor



92  
praestatur, ut debita bona vendat, sed ut retineat  
et forsantempore labente vberiores fructus in eis  
colligantur, vana Deo fauente crescat, et exescenti-  
bus bonis filij et successione, alimenta aupeantur  
quae omnes utilitates, commutatis eis, in annuos  
census, frustrantur. Annus enim Census inde  
terrorem conditionem mutari possunt, in  
meliozem non utique; et exceptis ipsa, quae  
Nobilibus conceditur, ne in dedecus Nobilitatis  
mendicare cogantur, in aduersam eorum  
fortunam retorqueatur. Si enim ut apriuo-  
tis mendicet eo medio vitamus: ut a tribunali-  
bus non mendicet, evitare non possumus, litium  
enim moras, ambages, incertitudines, expensae, et  
eventus, quem usque ad patium, immo et subuocum  
tam non spoliant; Quid ab hoc privilegio  
aliquis, quid duxit?

7. Igitur, ad haec alimenta debitorum Nobili-  
tate, non bonorum proprietatum valor,  
sed fructus annui computandi sunt, et iuxta  
eorum, et annuorum redditum quantitatem  
secundum indigentiam et qualitatem assign-  
nanda, ita ut decenter, non opulenter tractetur  
debita, non ut Nobilibus diues, sed ut pauper



Nobilis, et vel dimidiam partem, vel sextam,  
 vel quartam, Vixie bonus Iudex ex pariorij  
 circumstantijs que, constituet, arbitrabitur que  
 prudenter. See devis. 85. n. 4. Salpadius in labe  
 xynth 1. part. cap. 24. n. 21. Et sunt optima Iura  
 in l. Imperator 50. ff. ad Trebellian. Vbi Papi-  
 nianus paternae reverentiae corporum scripsit  
 eptenti Patri ex accessionibus hereditarij bono  
 alimentum praestari. Et Ulpiani sententia pra  
 oculis in hls habenda, qui in l. Iura Alimentorum  
 3. §. 1. ff. ubi pupillus educari debeat, ita scripsit:  
Modum autem patrimonij spectare debet cum  
alimenta decernit, et debet statuere tam moderat  
te ut non uniuersum redditum patrimonij in  
alimenta decernat, sed semper sit, ut aliquod  
ex redditu superant. Late Salpadius in l. xynth.  
 1. part. Cap. 24. n. 16. Castropus De beneficijs de  
 ducto ne egeat in praem. n. 59.

8. **T**ertio suppono. In concursu creditorum, qui ex  
 vi huius exceptionis, de ducto ne egeat formatur  
 in nostra praxi, et Iure non esse locum ille-  
 rum graduacioni, nec inter Chirographarios vel  
 hypothecarios, nec inter privilegatos, aut anti-  
 quiores vel potiores, Nam constituit differe-



21.  
tiam, sed omnes indistincte absque ulla inter  
eos prerogativa per aes et libram ad partem  
quae eis contigat pro rata quantitatis partien-  
da, et crediti, admittuntur. Ita que solum a bi-  
mentis possessoris, et eorum, quos a se tenentur  
omnibus alijs creditoribus praecipuasunt; in  
caeteros nulla est distinctio vel praebatio.

9. Hoc autem constitutum fuit a Rege nostro  
Philippo III in pragmatica sanctione, pro Mau-  
rorum sive Saracenorum expulsiōe, sine re-  
medio adhibendo ad damna ex inde derivata  
et quae derivari timeri possunt, publicata in  
nostro Regno Valencia die 13. Aprilis anni 1462.  
in cap. 15. illius, cuius haec sunt verba: Launque  
segun las or denas, no bastando los bienes de  
los deudores ay an de ser preferidos en la paga  
los acreedores que tienen sus creditos privile-  
giados a los que no son tales; y entre los que no  
tienen privilegio, sino que estan por ellos supo-  
thecados los bienes de los deudores, deven ser  
preferidos los mas antiguos a los posteriores.  
Toda via por que esto es impracticable segun el  
estado que tiene oy el Reyno, por que quedarian  
muchos acreedores sin poder cobrar cosa

alguna



alguna, y si bien es verdad que quando los pos-  
 teros dicen sudineros sobre las haciendas don-  
 de caxaron sus Censos, los primeros la te-  
 nian obligada por los suyos, en cuyo per-  
 juicio no la podian obligar a los nuevos.  
 tambien lo es que estos no dicen el dinero  
 sino vieran que una hacienda bastante  
 para pagar abodos. Si despues a faltado, no  
 asido por culpa de los unos ni de los otros,  
 sino por un caso tan fortuito e, imaginado  
 como importante al bien publico de Nro Reyno  
 y de todos los demas de España, como lo fue de  
 la expulsion, y asi no es justo que el daño pe-  
 cuniario que han de padecer los acreedores  
 sea mas en perjuicio de los nuevos, que de los  
 antiguos, por que si no lo entendieramos  
 asi, no hubiera para que mandar hacer  
 tantas averiguaciones como se han hecho  
 Mas en todas nuevas y viejas y de los censos  
 de los dueños de lugares Aljamas, y particula-  
 res Moriscos expedidos como sean hechos. Pues  
 el camino llano es hacer de cada casa, y Lugar  
 una Capia de acreedores, dando a cada uno



de ellos el lugar que se dexare locaxa basta  
que la hacienda obligada quedara consu-  
mida. Pero como en tal caso sido nuestra Real  
intencion, ni conuenca, sino que entre todos se  
reparta el daño con igualdad y proporcion, rata  
por cantidad de sus creditos, sin distincion al-  
guna de privilegio y antigüedad: Manda-  
mos que assi se haga y cumpla en todas las  
casas de dueños de Lugares de Morisco  
expedidos en aquel Reyno, a quien auie-  
mos hecho merced de redencion los censales,  
excepto quanto a los abimeritos debidos  
a los propios dueños de Lugares, y otros.  
Y quanto a los demas censos, a los quales  
assi con esta nuestra Real Pragmatica, co-  
mo en los assientos particulares que se an  
dado a cada casa de las que le an pedidos,  
auemos concedido prelación y antelionidad,  
la qual queremos les sea guardada.

10. **E**t in cap. 24 eiusdem Pragmaticae post  
quam dixit oppida potius locari conducto-  
ribus, quam administrari conuenire, quid  
de mercede locationis, aut de fructibus, si loca



et competentes non possunt faciendum sit,  
 Haec verba adijcit: Si quidem preciosos de his  
 arrendamientos, paguen ante todas cosas los  
 arrendadores, o los Secuestradores de los Lugares  
 a los dueños de ellos los alimentos que les auemos  
 tassado, sin que en los dichos alimentos se les pueda  
 poner embargo alguno; y despues los demas ali-  
 mentos tassados sobre aquella hacienda a qualis  
 quier otras personas por Juez competente, o de otras  
 manera debidos embargo exquiran, con la reduc-  
 cion por Nos de ellos y de otras annuas prestaciones  
 hechas; y lo demas se deposite en el Archivo de Valen-  
 cia a suelta de la Audiencia, la qual lo reparta  
 para entre los acreedores a sueldo y a libra rata  
 por cantidad en quanto bastare; y si sobrare algo  
 se podria convertir en redimido censales y en otras  
 cosas a Nos bien vistas.

11 Is enim inspiratus uentus, ueluti in tempe-  
 ratis et naufragij fuit: quo casu, ille qui lenan-  
 dae nauis causa, ractus factus fuerit et dam-  
 num ea causa contingens ut sacratissimum, non atten-  
 ditur quis prius cum Magistris nauis contra-  
 xerit, aut quis hypothecam anteriorem, uel nauis  
 privilegium habuerit, sed omnium contributione



saxicitur, quod pro omnibus datum est, ut verbum  
legis Rhodiae constitutum fuit, quae scripsit Pau-  
lus in l. 1. ff. Ad leg. Rhodiam de ractu. Et in hac  
communis calamitate expulsi Maurorum  
quae omnibus communis fuit, et maxime utilis, ut a  
nostro consuetis impium Saracenorum commex-  
cium vel contagium radiciter euelleretur ob pu-  
blicam utilitatem, stricta iuris ratio, in super ha-  
beri debuit; quia summa est ratio, quae pro re-  
ligione facit, ut scripsit Papinianus in l. sunt per-  
sonae 43. ff. De religio, et sumptib. funer.

12. Ex his dispositionibus ad omnes casus, in qui-  
bus de hoc concussa et exceptione, de ducto ne repeat  
formato, etiam si non ex immediata causa ex-  
pulsionis per Nobiles, siue Milites, et equites  
obtentis; eadem aequalitas absque distinctione ob-  
seruatur et imitatur, tum quia illa videtur  
in Nobilibus nostris paupertatis oris, quae  
in omnia vniuersa sua influunt; tum quia an-  
te expulsiorem rarissime hoc remedium Nobiles  
utibantur: Debita enim non solvere, sed ad haec  
subterfugio, licet legata, recurrere, dedecus, et  
macula. Primum, Nobilitatem fama et opinio-  
ne reputabatur.



4.

13. **P**ariter etiam in nostra praxi indubium est non posse per nostros Nobiles, nec milites sine privilegio renuntiare, etiam speciali renuntiatione et Juramento quamvis jure communi dicitur sit in hac questione inter preteritum campus; de quo Videndi Quarta de iur. 42. num. 9. Petrus Barbosa in l. Maritum 13. ann. 2). ff. soluto matrimonio. Sene tom. 4. Leis. 435. ann. 6. Baeza de Inope debitore Cap. 16. ann. 38. cum pluribus sequentibus, et apud de Ducibus, Comitibus, et Marchionibus nu. 114. Quomodo enim in Plebeo dicitur, non posse beneficio cessionis bonorum renuntiare, quia esset se subijcere servituti. Acosta de Priuileg. Creditor. limit. 10. n. 11. regul. 5.; ita in Nobilibus esset valde indecorum exauamen et Ordinis et reuerentiae Nobilitati debite iugnomina, idque pactum siue renuntiatio contra bonos mores melius est dicere, ut inquit ex Sabino Pomponius apud Ulpianum in l. Alia causa 14. §. fin ff. soluto matrim.

14. **H**is praesuppositis, aduertendum est, nostram observationem tres diuersas quaestiones includere. Prima: An creditores pro alimentis, caeteris praesentibus, quando habuit debitor quantitatem



assignatam pro illis. Secunda: An preferantur,  
si debitor privilegio deducto ne opreat, usus non  
est, nec concursum creditorum formavit, et eo de  
sunt disputata inter creditores de prelationis  
preferentia. Tertia: An in hoc casu adversus  
bona Maioratum supposita, sit aliquod ius pro  
recuperandis creditis ratione alimentorum, vel  
mutui ad alimenta possessorii contracti: De  
quibus sigillatim agemus.

## QVÆSTIO, I,

An creditores pro alimentis, ceteris, etiam  
hypothecariis, et privilegiariis preferendi  
sint formato concursu, et debitori ali-  
mentis assignatis

15. In hac questione distinguendum existimat  
Salgadus in labyrinth. Creditor. 1. part. cap. 26.  
nu. 20: Ut si debitor alimenta possideat quia  
iure actionis, vel alio vinculo iuris competunt, ut si  
eis fruatur virtute legati, aut alterius obligatio-  
nis; ad concursum admittendus sit. Et si ex his  
personis sit, quæ solum conveniuntur in quantum  
facere possunt, moderentur ad taxam, Indivis præ-



dentis arbitrio, et cetera que super fuerint, credito-  
 ribus adjudicentur; id que in Marchionibus, Comi-  
 tibus, et Ducibus, qui beneficio, ne in solidum tenean-  
 tur, observare in Regno Castella, et factis prioris  
 concursu, ad alium concursum admittantur inter  
 novos creditores affirmat no. 24. De cuius distinc-  
 tionibus membro (de quo late tractat dicit. cap. 26.  
 ann. 29.) nos non agimus.

16. **S**ecundum distinctionis membrum est: Ut si ali-  
menta semel taxata sint miserationis causa ei, qui  
non tenetur nisi in quantum facere potest, licet  
valeat secundum concursum formare, inutile  
tamen futurum, et sine effectu, et sic scribit dicit.  
cap. 26. no. 25: Formen iherales si alia bona non  
habiant praeter illa alimenta, sibi in prioris concursu  
reservata, et taxata miserationis causa, creditores  
non, ex eis nihil consequi possunt, sed sibi integra  
relinquenda sunt. Ratio clara est in promptu. Quo-  
nam cum iste debitor ex proprio privilegio et iuris  
beneficio non teneatur nisi creditoribus ultra quam fa-  
cere possit deducto nequeat; hoc privilegium superex-  
sonae in heret et durat. Et quemadmodum sibi pro-  
ficat in primo concursu; ita pariter in secundo et ca-  
teris ase formandi, quia durat, persona durante, et  
cum ea extinguitur. Atque ideo cum alimenta que  
ex hoc beneficio sibi praestita fuerint, sint et debent mul-



22  
; tum limitata, et ad solam necessitatem eius  
; tandem restricta, ut probauimus abunde dict.  
; Cap. 24. ann. 19. Sequitur ut nec recipere possint  
; diminutionem, nec ex eis nomi creditores sua  
; credita consequi valeant sed sibi debitorum ne  
; queat intacta preseruanda sunt. Pro quo allego  
; tituli textum formosum et expressum in l. qui bo-  
; nis 6. ff. de cessione bonorum.

17. **E**go tamen aliquantulum dissentio a  
tanti Viri sententia. Existimo enim non omnino  
inutile futurum secundum concursum, et va-  
rios casus evenire posse, ut de creditorum, pro  
alimentis, iure et prelatione agatur. Primus  
enim casus contingit, si debitor obcedat, et ei  
ex quantitate ad alimenta designata ar-  
nuatim, vel per trimestres aliqua summa de-  
beatur, et sint creditores quibus pretium ali-  
quorum alimentorum victus et vestitus debeant  
vel quantitates ad ea emenda mutuate ab  
alijs sint.

18. **S**ecundus casus est: Si ei, cui alimenta  
annua duarum mille librarum V. G. ad judi-  
cata sunt eo ad huc superstite et contra hente  
super alimentis mutuantur creditores aliquas  
quantitates ad emendum vinum, oleum, triti-



cum, et similia; vel ipsa pretia venditori-  
bus debeantur, et debitor vel solvens renuat,  
vel pro exstinando creditorem frustet, qui  
cum iudicia dicit pro his vget.

19 **Tertius** est casus. Si aliquis sive consan-  
guineus, sive extraneus ad augmentum ali-  
mentorum aliqua bona vel redditus dona-  
ret aut relinquere sub ea conditione ut  
nullum in eis jus creditores adquirere  
sed in totum in alimenta debitoris, conuer-  
terentur; quod jure fieri posse in limine ali-  
nationis, vel institutionis late probavimus  
obser. 6. n. 20 et obser. 59. n. 16. et obser 91.

n. 4. cum alijs pluribus et laeius Salga-  
dus in labyrinth. 1. p. Cap. 42. n. 26. et part.  
2. Cap. 14. n. 108. et Cap. 46. n. 25.

20 **Quartus** casus. Si prior concursus for-  
matus sit pro creditoribus unius status,  
et postea alius Majoratus superueniat  
cuius bona illis creditoribus non sunt  
obligata; de quo agit late Salgadus in la-  
brynth. part. 1. cap. 26. §. Unus ann. 13.



Et in nostra Pragmatica anni 1614. Cap. 10 ubi  
ita constitutum est: Mandamos se traga y ten  
ga por hecha (distintis sive separatis) todas las  
otras (domos) y sean pagados los acredores y  
censalistas de las casas que en tiempo de su crea  
cion, o origen dellas estavan en diferentes ma  
nos, y agora estan en la de una misma persona co  
mo si realmente estuvieran divididas.

21. In omnibus his casibus, et alijs, foras que  
mihi non sese offerunt vel mortuis, vel viven-  
te debitore de prelatione inter creditores agen-  
dum necessarium est. Et existimo expeditissimum  
esse hos creditores ratione alimentorum, non  
debere concurrere cum ceteris antiquioribus  
sive qui contraxerunt ante concursum, sed se-  
parandos et dividendos omnino. Ita ut hi cre-  
ditores in hiis redditibus qui pro alimen-  
tis assignati sunt communibus debitori, soli  
concurrant. Et de eis ab his qui aliorum concur-  
su pro rata, inter eos dividendum sit quantitas,  
quia horum communis et aequalis est causa,  
et alio alijs potior non sit. Inter creditores etenim.



Ut enim eiusdem privilegij nulla neque ex tem-  
pore, neque ex vigilantia alter alteri præfer-  
tur ut diximus (et ita intelligimus) obser. 31.

n. 10. et 11. Nam ut inquit Paulus, privile-  
gia non ex tempore estimantur, sed ex cau-  
sa, et ideo si eiusdem tituli sunt omnes con-  
currunt l. Privilegio 32. ff. de Privileg. credi-  
tor.

22. **H**i autem, qui cum eo qui alimenta ha-  
bet contrahunt, sciunt, vel scire debent condi-  
tionem eius, ut inquit Ulpianus in l. qui cum  
alio 19. ff. de regul. iur. et consequenter scire  
debent pro ipsis alimentis quantitates,  
vel bona ad ea assignata posse obligare; cæ-  
tera, aliorum creditorum esse. Et hanc distinc-  
tionem, et separationem receptissimam appellat,  
et late eam probat Salgadus in labyrinth. cred  
itor. 1. part. cap. 26. §. vni. per totum.

23. **E**a autem bona, quæ ex alio capite vel  
Maritali super veniant possessoris; creditoribus  
pro alimentis obligata exunt ex actione per-  
sonali, non vero illis qui bona solum antiquo-



23. *Maiores, super quo fuit formatus concursus persequi possunt, nisi forsan etiam debitorem actione personali adstrictum habeant.*

24. **N**ec obstat mihi quod ipse D. Franciscus Salgado animadvertit, vel objicit dict. p. 1. cap. 26. nu. 25. ut scilicet ex illis alimentis quae debitori adjudicata sive taxata sunt, Miserationis causa, Creditores non nihil consequi possunt. quia integra eis reliquenda sunt, ut pote secundum indigentiam precise assignata.

25. **R**espondes enim. Primum, respectu ceterorum Creditorum verum esse, semper relinquenda integra haec alimenta adjudicata; Sed respectu eorum qui postea pro alimentis contrahunt, id non esse verum. Fecerit enim inde et debitor emens alimenta, tritium, Vinum, et oleum, et suppellectilia et vestimenta, et alia quae nomine alimentorum continentur; in his, posset contrahere et venditores de precio fidem habere, et postea suis bonis et eorum pretis privari quod esset valde iniquum, fieret quae lucrosa materia, et alijs officerent calliditate contra legatum

in l.



26. Secundo respondes. Contra hos creditores non  
competeret debitori beneficium ne egeat, quia illud  
amittitur, quoties dolo fraudantur Creditores, ut  
probat Præba decis. 41. nu. 9. Castagnus quest.  
1. fallent. 2. n. 1. quest. 2. fallent. 2. n. 1. Et  
Decis. 12. n. 1. Et decis. 21. n. 1. et in eodem  
libro Baeza de Inope debitore cap. 16. nu. 24.  
cum alijs sequentibus, et dicitur textus  
Justiniani mihi videtur in l. unæ. §. cum au-  
tem C. De rei uxoris act. ibi: Non in solidum  
sed in quantum maritus facere potest. si non  
dolo malo suam diminuerit substantiam;  
Et consequenter his creditoribus pars alimentij  
~~vel~~ inexas quantitates debitori ut se aliat  
adjudicatas in executione capi poterunt, nu-  
llis debitori relictis: vel saltem ita poterit  
admitti secundus concursus ut et pars  
illozum alimentorum vel reddituum de-  
bitori reservetur, et alia pars huiusmodi  
creditoribus pro prudenti iudicantis arbitrio  
solvatur. argument. text. in cap. Peruenit 2 De  
fidejussorib.



27. **T**ertio respondeo, verum esse, Ita taxanda debitorum  
alimenta in primo concursu, ut principaliter  
indigentia consideretur, non tamen ita precise  
ut nulla nobilitatis vel splendoris habenda  
sit ratio, Castagnus quest. 1. ampliat. 1. Si  
enim ideo hi nobiles, solum in quantum fa-  
cere possunt conveniuntur, ne cogantur inde-  
center contra nobilitatis decus emendicare.  
quomodo ita precise taxanda sunt, ut eius de-  
centia et splendoris consideratis omnino ex-  
cludantur; et non quartam partem sed pro  
arbitrio taxari inducitur satis ex actu curia  
brachij ecclesiastici et Regalis 22. fol. 96. an-  
ni 1626. Iudex igitur prudens nequit hanc  
constantiam omittere, aut pro oculis non ha-  
bere, patrimonij redditus, nobilitatis gra-  
dus, splendor in ascendentibus solitus, fami-  
liae numerus in filijs, nepotibus, et famula-  
tu necessario preciso, et non indecoro. Castag-  
nus dicit quest. 1. ampliat. 1. Arista de Pri-  
vileg. creditor. repul. 5. limit. 9. n. 10. prope  
finem Larrea decis. Gravaten. 66. nu. 25.



et 26. tomo 2. Si enim indigentia precise et so-  
 lum consideranda esset, nulla a nobili, et  
 rustico fieret differentia, cuius contrarium in  
 hac materia elementum est, iuxta text. in  
 cap. Non coguntur. 41. distinct. Baldum  
 in Authent. Ad hoc C. De dnuu, quam  
 refert. Castagnus dicit. quart. 1. ampliat. 1. a  
 nu. 1. Baeza De inope debitorum cap. 17. n. 24 =

28. Ideo que non eadem alimenta taxantur  
 ei, qui licet magna nobilitate praeditus est, non  
 tamen dignitate aliqua Regali potitur, ut  
 Marquisus, Ducis, vel Comitis; vel non eadem  
 quantitas alimentorum taxatur Duci, Comiti,  
 vel Marquoni, quae fratri suo, licet sanguinis  
 splendore nulla inter eos sit differentia. Et  
 consequenter necessariis fateri debemus in  
 alimentorum taxatione pro ista exceptio-  
 ne, non solum indigentiam, sed ceteras  
 circumstantias considerandas esse.

29. Et quamvis in actu curiae brachij Cate-  
 driastici et Regalis 24. anni 1626. fol. 25.  
 Statutum sit, non esse taxanda ob super-



10.  
uenientem in dictis curijs Dignitatem Regalem Ducis, Comitis, vel Marchionis majorem alimentis quam antea fuissent taxata. Inde tamen infero primo, hanc exceptionem firmare reuertam in contrarium, et in alijs qui non in dictis curijs, sed antea obtinuerunt eas Dignitates, semper eas venire in consideratione, ad arbitrium alimentorum regulandum.

30 Secundo animaduertens, id constitutum respectu eorum creditorum qui jus habuerant vel quaesierant ante ademptionem Dignitatis, quia Regis fauor aut beneficium nunquam concessum censetur in praesidium textij l. 4. c. De emancipat. liber respectu vero creditorum qui contrahunt post Dignitatem, in quibus cessat haec ratio contrariae, non intelligerem eam limitationem habere locum, quia sciunt cum quo contrahunt, et scire debent. Equum alio 19. ff. De regul. jur. et sibi debent imputari, si satis sibi non cauerint cum ea praestantia Dignitatis Majoris alimentis



7. Alimenta esse taxanda scire debuerunt, cum  
in eis de splendore dignitate, ut saepius  
diximus, debeat haberi ratio et persona.

Statu non mutetur Menochius De arbit.  
tra. Cassu 87. n. 14. 15. et 16.

31. Potest igitur in secundo concursu ali-  
quid diminui de alimentis taxatis, ut hi  
creditores pro alimentis solvantur, et de-  
bitor licet dolo non sit versatus in his con-  
tractibus, minori annona contentus sit =

## QVAESTIO, II,

An creditores pro alimentis ceteris  
omnibus potiores sint, si debitor de-  
functus concursum non forma-  
uit, nec alimenta ei viventi  
assignata sint; sed omnes  
bona fide contraxerunt.

32. Quando bona debitoris summa sunt ita ut  
pars reddituum sit alimentis illius assign-  
nata, et quae supersunt fructus, vel annua



22  
instrumenta, creditoribus sunt adjudicata. et  
ita fieri in praxi nostra diximus supra nu.  
9. et 10. quod et insinuat actus brachij Eccles  
siastici et Regalis 23. Curiaxum anni 1626.

fol. 97. nullum concursum habent cum ceteris  
creditoribus pro alimentis quia ipsi sciunt vel  
scire debent, in parte tantum, scilicet ea que  
pro alimentis assignata est a debitore posse  
obligari. Idem autem esse scire, vel iustam cau  
sam adesse propter quam intelligere debent  
testatur Pomponius in l. quod te mihi s. ff.  
De rebus credit. cui adde Salgadum in labyrinth.

Creditor. 2. part. cap. 4. n. 107.

33. **S**ed quando debita creditorum conu  
sum non famauit nihil est quod mutuantibus  
ad alimenta, vel ea vendentibus possit imputa  
ri; et ideo absque distinctione et limitatione  
omnia habet obligata quem admodum ceteri  
qui bona fide cum eo contraxerunt. Quæritur.  
igitur, in hoc creditorum concursu, qui præ  
ferendus sit? Existimo (dempta funeraria ac  
tione quia summa est ratio que pro religio



ne facit ut scripsit Papinianus in l. sunt per  
 sonae 43. ff. de religio. et sumptib. funer.)  
 omnibus alijs creditoribus, potiores esse hi  
 qui ad alimenta mutuantur, vel quibus  
 precia eorum debentur.

34. **R**atio est: quia de his debitoribus agimus  
 qui non in solidum conveniuntur, sed in  
 quantum facere possunt de ducto ne egeant:  
 At qui hi debitorum preferuntur omnibus  
 creditoribus in alimentis, ut late probat et in  
 dubium affirmat (non ratione alicuius hy-  
 pothecae que repugnat enim bonorum dominis  
 sed ratione privilegij, de ducto ne egeat, debi-  
 tori competentis) Salgadus in Laberynth. 1.  
 part. Cap. 24. nr. 74. 75. 76. et 77. et melius  
 exactius que cap. 26. §. Vni. ann. 4. Cum pluri-  
 bus sequentibus: Ergo creditores pro alimen-  
 tis qui in eo jure necessario succedunt, veluti  
 ex praestatione alimentorum idem jus que  
 ritur ceteris omnibus preferendi sunt, ut  
 probat expresse Justinianus in l. si cui 15. C.  
 De non numer. pecun. Vbi Barbosa, Sal-



gatus in labyrinth. 1. part. cap. 26. §. vnci nu.  
4. cum pluribus sequentibus. Carlenab. De  
judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. 30. n. 11.

35. **Q**uamuis non probem eius sententiam  
in ea parte, quae asserit, anteriori creditori ex  
causa lucrativa praefereendum posteriori-  
bus ex causa onerosa, ut etiam scripsi obses.  
116 nu 96. 97. 98. cum Iuris De credito Cap. 4.  
quest 11. ann. 1235. cum pluribus sequentibus,  
et Anton Richard Praeceptoris notis in repetit.  
§. Privilegia 16. n. 30. ff. de Privileg. Creditor.  
Covarruvias lib. 1. varian cap. 3. n. 6. et eius  
additiones Tom. 2. n. 115. et 116. plures re-  
ferens quae typis excussa est in §. quaedam ac-  
tiones 20 Instit. De actionib.

36. **H**ae autem praelatio eorum, qui creditores  
sunt pro alimentis non ita generaliter acci-  
pienda est ut ad omnes quantitates pro eis  
debitas, si exeerinae sint, pro tendatur. Ita enim  
temperanda est ut animadvertimus decisi-  
sum in Regia Audiencia Valentina obses.  
31. nu 9. ut ad eam quantitatem reducatur



quam debitor in his alimentis impendere de-  
 bisset, si formato concursu virtute excep-  
 tionis deducto nequeat, et pro arbitrario  
 prudentis iudicis assignata essent: quum  
 admodum etiam pro actione funeraria  
 quae omne creditum precedere solet, ut  
 inquit Marxianus in l. Impensa § 5.

ff. de religio et sumptib. funer. Aosta  
De privileg. creditor. regul. 2. ampliat  
1. nu. 1 Anton Amatis Varrar. resolut.

cap. 3. nu. 1. qui loquitur de investit et  
illatis, et addo elegantem V. Spani lo-  
cum in l. Et si quis § 14. ff. de religio.  
 non datur prelatio ad univertam quan-  
 titatem, quam debitori, vel eius here-  
 dibus aut testamentariis expendere li-  
 buisset sed ad taxam pro iudicis pru-  
 denti arbitrario reducenda et limitanda  
 est. Surdus decis. 112. ubi Florentina eius  
additiona taxat decis. 255. et de alimen. tit.

9. par. 5. Aosta de privileg. creditor regul.  
2. ampliat. 1. n. 23. ubi plures adfect



# OVÆSTIO, III,

An successor Maioratus ad debita  
pro Alimentis antecessoris teneatur.

37. **P**rivilegium Alimentorum possessori Majoratus, eo proferendi ut non solum in bonis liberis habeat prerogativam prelationis, sed eis deficientibus posse creditorem conveniēte successorem pro illis affirmant plures. Sed vera anceps questio est. Certam enim in ea ex recentioribus, qui antiquiores collegunt Petrus Suredus, et D. Joannes de castillo.

38. **S**uredus in tract. de Alimentis tit. 8. privileg. leg. 54. nu. 10. et 11. ita scripsit: In festo ad successorem Majoratus, et illum teneri ad solvendum res alienum quod antecessor contraxit ut ipsum aleret. Ludovicus Molina dicit. cap. 10. n. 32. ubi tamen refert Peraltam contrarium tenere in Majoratu quando fundator non tenebatur illum alere. Ego vero existimo contrarium esse verum, et teneri semper successorem.

39. **D.** Joannes de castillo tom. 2. de Alimentis cap. 68. postquam retulit, quae Suredus scribit, ita ait: Et quidem quatenus statuit posse



soxem Maioratus alienare non posse etiam pro  
 alimentis necessarijs ut se ipsum aliat verissi-  
 ma est eius resolutio, at que ex his comproba-  
 tur concludenter que ipse Molina longa serie  
 comprobavit lib. 4. de Hispan. Primogen. cap.  
 1. per totum, et cap. 6. per totum.

**Q**uod attinet vero ad debita contracta pro  
 alimentis, de quo egit Ludovicus Molina lib.  
 1. Cap. 10. nu. 32. egunt etiam alij sed nullus  
 perfecte explicavit. In memoriam enim reuo-  
 canda atque repetenda sunt ea que ego sin-  
 gulatim annotavi in commentarijs tom. 6.  
 Cap. 161. n. 15. per totum. Ex quibus vera reso-  
 lutio petenda erit et in eadem nunc firmiter  
 permanes quam tunc sustinui

**A**lias namque eadem ratio, idem que in  
 conveniens per Surdum in alienatione  
 bonorum Maioratus consideratum, Mihi  
 taxet et evemire saepe posset. Nec unquam  
 vidi aut audivi Maioratum Successor es  
 ad debita predecessorum teneri aut ad-  
 tringi eo preterito quod ut se abeant de  
 debita contraherent. Hoc enim in maximum



et intolerabile. Successorum eorumdem gravamen,  
et damnum resisteret, et magna inconuenien-  
cia et lites eurrerent si possessoribus Maiora  
his, contrahendi debita, facultas concederetur  
eo colore ut se alere possent, et eisdem mutua  
pecunia darentur, aut census crearentur spe  
illa quod successores soluturi essent, et volun-  
tati institutorum Primogenij nisi hic magis  
repuonans quando ex voluntate eorum ex-  
presse id non deducetur atque colligeretur  
prout. dict. cap. 161. dict. n. 35. observari, ubi  
Videndum est.

10. **E**go in hac questione amplector sententiam  
Saxi, et successores ad debita pro alimentis antece-  
ssorum contracta, creditoribus adstringatur cum  
tribus tamen temperamentis.

11. **P**rimum temperamentum est: Ut non ab-  
solute et indefinitè ad omnia quae defunctus as-  
sumit pro alimentis debeat, sed successores ad-  
strictus, sed ad ea quae boni viri arbitrio tan-  
tum videantur, iuxta proportionem meliorum. quem  
admodum in actione funeraria l. fin. §. In com-  
putatione C. de iure deliberandi, non in omnibus  
quae impensa fuerint, si modum excedant datur



9. creditoribus prælatio; sed præ arbitrio prudenti  
 quantitas taxanda est, ut probat eleganter Paulus  
 in l. 1. § De impensis 19. et Marcellus in l. 2. ff  
 ad leg. Falcidiam illic: Nec amplius conceden-  
 dum erit quam quod sufficiat ad speciem mo-  
 dicam instrumenti. Juan Garcia De expensis  
 Cap. 8. an. 1. et nu. 2. ait. Semper moderatio  
 admittenda est, excessus vero vitandus; Ea autem  
 moderatio in eo versatur, ut impensa funeri sit  
 secundum qualitatem personæ et facultates, et  
 bonorum quantitatem, et consuetudinem civi-  
 tatis, qua quis mortuus. Et nu. 18. Et si facultates  
 et mortui non sufficiunt creditoribus, melius  
 est universarium omitti, vel novem dante ne-  
 gligi, quam et alienum deplurari. et est lib. 12.  
 tit. 13. part. 1. ibi: Sols que estas dispensas sean  
 feitas mesuradamente catando la persona de  
 aquel por quien son feitas. Gratianus Disceptat.  
 forens. tom. 1. cap. 90. ann. 20. Marcell. decis. 10.  
 tomo 1. et decis. 203. n. tom. 3. Surdus decis. 112.  
 ubi late Roderna, et decis. 255. et de Aliment.  
 tit. 9. quest. 5. Addentes ad Molinam lib. 1.  
 de Hispan. Primogen. cap. 10. n. 32. et 33. Men-  
 d. De primogen. lib. 4. tit. 1. quest. 11. Casti-  
 lla, decis. 103. Fontanella Claus. 6. glos. 2. p. 5. an. 26.



42. In qua actione, et eius prerogativa non solum  
comprehenditur in ipsum funus immediate ex-  
pensum, sed etiam quod in ultima infirmitate  
Gaito de credito cap. 4. nu. 1824 Merlinus lib. 4  
De pignoris. tit. 1. quest. 17. n. 24. Hoc autem  
semper arbitrio prudenti<sup>2</sup> iudicantis relin-  
quitur, ut probat Fontanella claus. 6. glo. 2  
part. 5. n. 27. et Merlin. De pignoris. dict. quest.  
17. n. 20. et 25. Hoduzna in addit. ad decis.  
Surdi 112. n. 10. 20. 21. cum pluribus alijs =

43. Secundum temperamentum est: Ut constet  
vere in alimentis defuncti<sup>2</sup> et eius familiae ex-  
pensum fuisse quod debet<sup>2</sup> contenditur, quem  
admodum constare debet in funerario, esse im-  
pensum in funus, vel in ultima infirmitate, ut fraud-  
dibus via praeccludatur, ne malitiji indulgen-  
dum sit contra Celsum l. Infundis 38. ff. De rei  
vindicat. vel dolus sit Tuxum l. 1. ff. De dolo:  
quemadmodum ad obligandum successorem  
in his, quae in utilitatem, vel necessitatem Ma-  
ioratus impensum est. Castillo tom. 7. cap. 161.  
n. 30. et tom. 8. de Aliment. quest. 68. nu. 9.  
Molina lib. 1. de Hispan. Primogen. cap. 10.  
n. 20. 23. et 24. Vbi addentes late. Sicut enim  
quod impeditur in sustentatione beneficii<sup>2</sup>



67  
vel prelati, dicitur debitam ecclesie potius, quam  
personae, dummodo in ea probetur verum, ut notant  
interpretes in cap. 1. De Solutionib. Castillo tom. 7.  
dict. cap. 161. n. 30 et tom. 8. de Aliment. quart. 68.  
n. 9; ita idem dicendum est in Maioratu, dum-  
modo in antecessori moderata sustentatione pro-  
betur versa impensa, cum a successore beneficiati  
vel prelati ad successorem Maioratus recte ar-  
gumentum procedat. Molina lib. 1. de Hispan.  
Primogen. cap. 10. n. 15.

44. Tertium temperamentum est: Ut non quam  
ex bonis ipsius Maioratus successor teneatur  
sed ex fructibus et redditibus, ita ut nunquam  
ad bonorum alienationem devenire possit.  
Nam licet Fusarius de Substitutionib. quart. 536  
cum magno authorum numero asserat, posse  
alienare bona Fideicommissi pro alimentis po-  
ssessoris: Contrarium apud nos est indubium  
et in Maioratus Hispania semper observa-  
tum. Fieret enim, ut facile et brevitex extin-  
guitur et destrui possent ut Suarez fatetur de  
Alimentis tit. 8. privileg. 54. his verbis n. 11:  
Contrarium voluit Ludovicus Molina in dict  
tract. lib. 4. cap. 6. n. 22. et sequentibus, ubi te-  
net quod bona Maioratus non possunt alicui



nam etiam pro aliendo possessore. Sequitur Con-  
duba in l. Signi ad liberi §. utrum n. 22. ff. De  
liberi agnoscendis. Sed Molina non est sibi con-  
trarius quando quidem dicit cap. 6. non negat  
successorem in Maioratu teneri ad res alienum  
contractum pro sustentatione antecessori, sed  
dicit, bona non posse alienari. Inevitabiliter igitur  
successor, sed ideo non fiet alienatio. Si enim ali-  
enatio permitteretur, facile eveniret ut brevi  
Maioratus bona destruerentur et evanescerent.  
Et facilius imponitur onus super fructibus quam  
super ipsa re, ut videtur potest apud afflict. et  
qui ab eo citantur in dicit de iis. 26.

45. **H**oc idem in ea parte, ut bona non debeant  
alienari, licet ad alimenta teneretur successor  
probat Castillo de Alimentis cap. 68. Vers. et  
potest: Et potest casus unus considerari, quo  
successor teneretur ad debita pro alimentis  
a predecessore contracta, quando scilicet is qui  
Maioratum instituit eum ad successionem  
instituit, quam ex lege, vel ex hominis dis-  
positione alienare tenebatur, sed fructus et red-  
ditus bonorum Maioratus adeo tenues sunt  
ut alimenta necessaria et que institutor



ipse praestare tenebatur minime sufficienter.  
Tunc namque ex fructibus et redditibus bono-  
rum ipsorum Maioratus tenebatur successores  
debita ad alimenta contracta exsoluere.

Ex hac sententia ita temperata, facile dicitur  
possunt objectiones quas ei opposuit D. Joannes  
de Castille dicit. cap. 68. de Alimentis cuius verba  
supra n. 39. retulimus.

Inquit enim: Idem argumentum ponderatum  
per sordum in alienatione bonorum Maioratus  
tunc evenire posse si successor ad alimenta antecessoris  
adstringeretur et magnam esset successorum  
damnum et gravamen in possessoribus  
Maioratum contrahendi debita, si ut magis con-  
cederetur ex colore ut se alere possent. Sed  
facile responderetur, non ita amplam facultatem  
concedi, ut Maioratus eo medio destrui  
possit; quia neque ipsa bona in proprietatibus  
obligantur, neque distrahi possunt, sed  
tantum fructus et redditus annui. Et si pro  
arbitrio iudicis regulato intra anni tempus  
solum non possent, maiorem dilationem  
statuere et assignare creditoribus deberet.  
Et non color alimentorum, sed veritas



22  
ipsa reatū attendenda est in quantitate non pro  
libito desposito, aut fraudulento possessione, sed  
pro iustis, regulatis et prudenti iudicantis arbi-  
trio taxentur, quae obligatio successorum non tam  
num aut gravamen manuum continet, sed  
iustam et decentem aequitatem

Inquit etiam Castillo: Numquam vidisse  
aut audisse successorem Majoratum ad debi-  
ta antecessorū teneri eo praetextu, quod fuerint  
debita pro alimentis contracta, sed non dicit  
contrarium fuisse decisum, aut in aliqua liti  
disceptatum, et haec repatiō assensio nihil  
concludit. Nos affirmamus, in nostra Regia  
Audientia fuisse cum his temperamentis iu-  
dicatum, ut retulimus obser. 31. n. 7. et 9.

Ad funerum impensas docuit doctissimus  
Molina lib. de Hispan. Primogen. cap. 10.  
n. 23. non esse obligatum successorem Ma-  
ioratus licet id decens et aequum esse affirmet.  
sed bonis liberis deficientibus, contraria sen-  
tentia receptissima est, ut doctissimi Adver-  
tes affirmant, plures huius sententiae auctoritas  
referunt. Nos nihil aliud fere dicimus cum  
huius temperamentis, sed ea alimenta, et ex-  
pensas, quae in ultima voluntate repulan-



tax et finas aliquantulum ad viuentis et suam  
alimta et eius familie, iusta et rationabi-  
li causa extendimus, quia non minus inter et.

Reipublica viuentis homines conseruari, et  
maxime in his qui ne ceant contra quoscum-  
que creditores suos habent; quam mortuos  
sepeliri, ut ex Baldo in l. final n. d. c.

De nepot. gest. Felino in cap. contingit. 36. n.

2. De sentent. excommunicat. refert. Gratia-

nus disceptat forens. tom. 1. q. 90. n. 15. Hostas

de Priuileg. creditor. regul. 2. ampliat. 1. nu.

20. Hostes Franzus De potestat. iuri Appa-

xatu num. 5.

**E**t ob istam rationem, licet successores in bene-  
ficio non teneantur ad res alienam antecesso-  
rum, ut pasbat Alexander. 3. in cap. Ex pre-  
sentium 3. de pignoriis: Si tamen delictum  
sit contractum pro sustentatione persone,  
teneantur ad illud soluendum, ut ex Joanne  
Andrea, quem communiter sequuntur in-  
dicat. Cap. Ex presentium et Abbate ibidem  
n. 4. scilicet quando bona libera non hat-  
bet defunctus et contraxit spe soluendi defunc-  
tibus Ecclesie, ut solent homines sperare ma-  
gis, quam in facultatibus est, ut dicit Insti-



22  
niamus in §. In fraudem 3. Institut. quibus  
ex causis manumit. Successor in beneficiis  
tenetur. Ratio est; quia Sacerdos debet vi-  
uere de fructibus Ecclesie, et debitum pro  
Alimentis non tam dicitur personae quam  
Ecclesie, ut ex Innocentio in cap. Cum  
secundum Apostolum 16. de Prebend.  
Abbate in cap. si quorumdam 2. nu. 2. de  
solutionibus. Padilla in l. unum ex fami-  
lia 63. §. de Falcidia n. 11. ff. De legat  
2. probat Surdus de Aliment tit. 8. primi-  
leg. 54. nu. 8. et 9. et refert ex Surdo decis.  
255. num. 25. Barbosa in cap. 1. de solu-  
tionibus n. Marco Antonio Ferrerensi pra-  
ctice Ecclesiarum tricenarius 1. q. 103. Castillo  
tom. 7. de Alimentis cap. 68. an. 1. ubi  
explicat, Joannes Andrea Sententiam  
habere bonum casum, quo Ecclesia non est  
principis, quia tunc sibi debet imputare;  
sed ex post facto sunt facta Inpotens solu-  
uendi, et etiam ut sit deficientibus bonis  
liberis beneficiati defuncti, quod etiam pro-  
bo et eodem modo in successore Maioratus cum  
temperamentis animaduersi esse observandum =







Handwritten text, likely a letter or document, written in a cursive script. The text is extremely faint and mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. Some words are difficult to discern but appear to include names and dates.







11















87

UVA.BHSC















THE

UNIVERSITY OF VIRGINIA

LIBRARY



# DE ADVND A REPVDIANDA

vel omittenda hereditate -

## ≡ OBSERVATIO CXXIII ≡

Nobili Ludovico Ferrer, dominus oppidi de Sanz, una cum alij firmaverat duo instrumenta census Vitalitij sui suo vltimo testamento illum vel illos heredes instituerat ad quos iure sua hereditas pertineret. Decepsit duabus filiabus ex suo legitimo matrimonio relicti dumtaxat, nempe Maria, cui nupsit Nobili Gaspar de Mompalau dominus Baronie de Testalgar, et Dionora qua matrimonium contraxerat cum illustri Iosepho de Proxida, Comite de Amenara et Marquione de Navarres. Ad earum instantiam fuit publicatum paternum testamentum die 14. Iuanarij anni 1612. Ut constat in processu fol. 34.; et ipse ad de liberandum an adire, an repudiare mallet tempus sibi reseruarunt lapsis qua



plus quam tribus annis scilicet die 24 Sep-  
tembris anni 1615. ut apparet fol. 36. illud  
Stonora etiam notario eius Slopij receptione  
comparuit et se patris hereditatem adire  
cum beneficio tamen inventarij professa est

2. **C**onuenit postea executiue illam tan-  
quam patris heredem P. Joannes Ludovicus  
Henollet ut legitimus administrator filia,  
cui violaria pertinebant, et ob pensiones,  
et postea proprietatem utriusque violarij  
eam urgebat: Stonora vero se de facto fuisse  
hereditatem amplexam agnoscebat, de iure  
tamen ex temporu lapsu neque iam patris  
hereditatem quærere nec adire potuisse, et conse-  
quenter neque executiue conueniri.

3. **C**reditor enim tenetur probare in extraneo  
aditionem, et in filio in potestate constituto  
suo herede paterna hereditati se legitime  
admisisse, ut probat nostra Belluga rubr.  
41. n. 168. 170. et 174. et Menoch plures re-  
ferens lib. 4. presumpt. 99. n. 4. faciunt for.  
6. de petit. hered. et for. 1. de repud. hered.  
Quæritur quid iuris?



4. **I**ure communi inspecto eam heredem respondi-  
di, sed patrii nostri legibus, siue fori, non esse  
heredem, neque executive ordiri posse.

**Primo.** =

5. **I**ta compono argumentum. Heres institutus  
qui semel omisit, aut repudiavit hereditatem  
non potest illam iam adire nec quaerere: at qui  
omissa omisit iam hereditatem paternam:  
Cui nec potuit postea ad eam ire, nec est pa-  
trii heres.

6. **M**aiorem propositionem. nemo potest dubita-  
re, cum visus in hac materia elementum sit, et  
probat expresse text. in l. siunt. 4. C. de repud. vel  
abstini. hered. illic: siunt maior viginti quinque  
anni antequam adeat delatam repudians  
successionem post quaerere non potest: Ita quasi-  
tam renunciando nihil agit, sed ius quod  
habuit retinet. Eisdem verbis in nostro idio-  
mate transcriptis probat Jacobus. I. Rex nos-  
ter in foro 2. et in addit. fori 6. eod. tit. de repud.  
hered.

7. **M**inorem probant eorum verbis expressis idem  
Jacobus in foro 4. et Martinus in foro 5. de iure



deliberandi hiis verbis: Foris &. Tempus non que  
si aliqui sexa stabili heredi, & legatariis per aliquem  
testatorem, qui aquell heredi, & legatariis hujusmodi  
de tres menses si present sexa in Regno de Valencia  
dintre dels quals se puxa acordar si voldria rebre  
aquella hereditat, & l'exa, & no. En cas que si dintre  
los tres menses voldria auer aquella hereditat, &  
l'exa, quella pusque a ver, & a l'exa, qual mes  
se vulla. Es idem los tres menses no voldria aque-  
lla, & la l'exa pendre, quella haja perduda  
equi bonum esse dels pus proximos del testador.  
Salvo sempre que de aquella hereditat, & de aque-  
lla l'exa si en pagats los deutes, & les altres coses  
que omnia mandada pagar lo testador. Es aquell  
heredi, & legatari no sexa present in Regno de  
Valencia, & que desdonchs comencen a correr los tres  
menses despus que a ell sexa manifestat q. aquell  
testador lo haja fet heredi, & legatari. Exus  
si in Regno de Valencia vengut, & potra esser  
vengut segons la l'unca del lloch non sexa.

8. Id est ad litteram non separiter sed vera  
traductione: Novum facimus forum, quod si  
quis stabiliter fuerit heres aut legatarius per  
aliquem testatorem, habeat spatium trium  
mensium, si pressens adierit in Regno Va-



lencia intra quos possit ipse deliberare an  
 velit recipere illam hereditatem, aut relictum  
 nec ne. Ita ut si intra tres menses voluerit  
 illam adquirere hereditatem vel relictum  
 possit eam habere vel omittere quod magis  
 libuerit. Et si intra tres menses no fuerit  
 hereditatem, aut relictum accipere quod  
 eam pendat, aut amittat et redeat et sit  
 proximorum testator; Salva tamen quod  
 de illa hereditate, vel relicto solvantur de  
 bita et alia que solui iussisset testator. Et  
 si ille heres, aut legatarius non erit pre-  
 sens in Regno Valentia, eo tunc incipiant  
 tres menses computari, quo ei manifestum  
 fuerit testatorem eum heredem instituisse  
 aut legatarium. Et postquam vel ad Reg-  
 num redisset, aut venire potuisset iuxta  
 distantiam loci in quo reperiretur.

9. **M**artinus autem Rex in foro s. ita scripsit:  
 Declarant; additis nant; e millorant; lo fin  
 antiquit sots la present rubrica lo capitol fi-  
 nal. Fernex, nouell que els tres menses alli



præfinitis suentibus en Rexencia e Lexa Uni  
uersal, ems en Lexa singular. Et lo heren  
o legatari<sup>o</sup> vniuersal Callara que en conti  
nent passats los tres meses si a vint la he  
xencia o Lexa vniuersal auer repudiada.  
E que si dits tres meses corregher del dya  
avant que el ditta heren o legatari<sup>o</sup> gene  
ral sera en Regne de Valencia, e sabra  
aquella Rexencia o Lexa esenada si feta. Quant  
es a la Lexa singular tot temps puca  
esser demanada, pus expressament no sia  
repudiada.

10. **I**dest. Declarando, addendo, et melio  
rando forum antiquum sub hac presen  
ti rubrica capite finali forum ~~novellum~~  
facimus quod tres menses ibi præfinit<sup>o</sup> inte  
lligantur in hereditate, aut relicto vniuer  
sali, et non in relicto singulari. Et si he  
res aut legatarius vniuersali taceat, in  
continenti lapsis tribus mensibus censeat  
vix hereditatem aut Relictum vniuersale  
repudiasse. Et quod dicti tres menses currant



ab eo die in posterum quo heres, aut legata-  
rius generalis sit in Regno Valentiae existat,  
eam hereditatem aut relictum sibi factum.

Quo ad relictum singulare, peti semper po-  
ssit, dum expresse non sit repudiatum.

11. **T**ria igitur specialia in his duobus foris  
constituantur. Primo relicta specialia  
sive legati, sive fideicommissa semper am-  
plecti posse, nisi expresse fuerint repudiata.  
Iure communis iure agnoscendi legatum  
praesentibus spatia triginta annorum, et si  
fuerit agnatum, non tamen solutum, vel  
possessione quaesitum quadragenaria praes-  
criptione opus est. Gratianus disceptat. tom. 1.  
cap. 22. n. 29. Cancerius Variar. relict. lib. 1.  
cap. 15. n. 63. Sed dum nostra foris expre-  
ssam requirit repudiationem, forsam non  
sufficiet quadragenaria praescriptio. Sed ad  
nostram causam non est necessaria huius  
quaestio<sup>is</sup> decisio.

12. **I**us autem ad eundem hereditatem seu fa-  
cultas, si nemo urgeat non minori spatia



quam triginta annorum extinguenda: longi-  
timum, et non longissimum temporis prescriptio  
non sufficit l. licet 8. l. Si curatores 9. C. de  
iure deliberan. iuxta veriorum, et magis re-  
ceptam sententiam Baldus cons. 168. n. 1.  
lib. 5. Anzenus ad tit. de acquiren. hered.  
Cap. 2. Corrasius lib. 6. miscellan. cap. 21.  
Osualdus in notis ad Donell. lib. 3. com-  
mentar. cap. 3. lit. A. Pichardus ad tit. de  
acquiren. heredit. cap. 3. n. 21. et Cap. 12. n.  
41. et 42. Ut respondet Sabietti, et Cumam  
argumentis, assensum eorum facultatem  
eundi ad hereditatem, nunquam pres-  
cribitur quia a mera voluntate dependet.  
13. **S**ecundo statuitur in nostris foris, da-  
di heredi scripto in testamento tres menses  
vel deliberandum an adeat vel repudiet  
an se immerseat vel abstat: loquuntur enim  
foris, tam de extraneis quam de suo herede ut  
obseruat Bellugos rubric. 41. n. 134. in noua im-  
pressione Bruxellis. Absenti autem currit tem-  
pus ab eo die quo testatoris voluntas facta est mani-  
festa



3. festa, et accedat, vel accedere posset ad Regnum Valentiae, iuxta loci distantiam.

14. Iure communi iustante substituto, vel creditoribus maior dilatio ad deliberandum conceditur. Solebat enim Praetor quod tempus esse videbatur assignare: nam cum lex non adiceret diem, sine dubio ostendit esse tempus in eius dicentis potestate inquit Ulpianus in l. 1. ff. de iure delibere; pauciores tamen centum dierum non exant dandi ut aduersus Paulus in l. 2. ff. eod. nec plus quam novem menses l. quam diu, 69. ff. de acquir. Rereditat Cap. 8. n. 21.

15. Iure tamen Justiniano innovatum est, ut ab Imperatore annus ad deliberandum possit concedi; a iudicibus vero novem menses et non amplius: semel autem, et non sepius potest conceditur l. fin. §. et hoc quidem 13. C. de iure delibereandi.

16. Quando autem operatur in officioso quaerella, extraneo scripto herede datur ei sex mensium tempus, si in eadem provincia commaneat vel annus si in alia legit, ad hereditatem adendum l. scimus 36. §. illud praeterea 2. C. de inoff. testament. quem casum singularem appellat Gothofredus in l. 2. C. qui admitti ad bonor. possessionem possunt. lit. X.



17. Tertio constitutum est in nostro foro, ut tacente herede instituto per tres menses, lapsis scilicet nonagesimo secundo die, iuxta Paulum in l. ubi lex. 101. ff. de reuol. iur. iure Ulpiano in l. 1. §. quod dicimus 9. ff. de successio edicto, repudiata hereditas censetur. Itaque silentio trimestris amittitur et perditur, ita ut in posterum desinat ei esse delata et vel ad substitutum, vel ad venientes ab intestato cum onere soluendi debita defuncti, et relicta in testamento, defertur, et devolvitur.

18. Iure tamen communi concessio tempore ad delibendum distinguendum esse docuit Bartholus in l. quam diu 68. ff. de acquir. heredit. an ad instantiam substituti, an creditorum sit terminus ad delibendum assignatus, ut si substituti intelligatur lapsis tempore hereditas repudiata: Si creditorum adita, quia semper contra consuetudinem interpretatio facienda est, l. de aetate 11. §. qui tacuit 4. ff. de interogator. action. Supra Lopez in l. 2. tit. 6. p. 6. Mantica de Coniecturis Ultimar voluntat. lib. 12. tit. 12. n. 18. Belluga rubric. 41. n. 175. in noua Bruxelii impressione ~~in alijs n. 55.~~ in alijs n. 55. Vix. sed mirandum ubi ait has ambages substituisse forum nostrum, dum absque ulla distinctione siue sit substitutus, siue creditor qui urgeat, siue nemine urgente, vel instante ipso iure



esse solo temporis lapsu censetur hereditas repul-  
diata. Quis manet hoc primum argumentum (mihi  
fallax evidens, et irrevocabile. 88

## Secundo

19. Quia quomodo cum testata, ita et lex potest  
hereditatem deferre ad certum tempus et limitatum  
et docet Paulus in l. Siquis heres 12. ff. de acquir.  
heredit. Nicolaus valla de rebus dub. tract. 6. nu. 2.  
Menochius lib. 2. de arbitrariis casu 1. Costa lib. 2. se-  
lectar. cap. 13. et eo elapso adiuvent hereditatem  
facultas amittitur, cum de latio extinguatur, qua  
necessaria est l. nec is 17. §. 1. l. Siquis 21. §. 2. ff. de  
acquir. heredit. Si quidem legis potestas unica de  
ratione consumitur, Anton Faber. in rationali  
ad Pandectas in l. Si filius 12. ff. de interrogator.  
actionib. et in Coa. lib. 2. tit. 3. de pactis definit.  
n. 11. infra. Richardus ad tit. de acquir. here-  
dit. cap. 8. n. 16. Cuius potuit foris noster idem  
disponere, et iuxta illius dispositionem filiam  
emancipatam paternam testamentariam  
hereditatem ex solo silencio per tempus desig-  
natum amittere.

## Tertio

20. Quia dispositio nostri fori, quae licet tantum



mensures præscribit ad hereditatem adeundam, est conformis illi formulæ qua per cætationem heres instituitur debetur, qui si infra centum dies eam non adierit vult illi eam adquirendi, aut adeundi præcludetur, de qua apertè interpretes in L. cætationem 12. C. de iure delib. etian. cap. ius quæritum 1. distinct. Ulpianus in fragment. tit. 22. Quærenus dig. annu. lib. 2. cap. 41. Pancirolius variar. lecton. lib. 2. cap. 214. Calvinus, et Præcius in lex. Verbo. Cætio Osualdus in not. ad Donell. lib. 7. commentar. cap. 8. lit. A. Pichaz. in §. fin. an. 46. Instit. de hered. qualit. et differen. et ad titul. de acquir. hered. cap. 4. n. 3. Vbi eam formam institutionis habere docet: Filius heres esto Cærito que in diebus centum proximis; nisi ita. Creveris ex heres esto et cap. 26. n. 5. S. Isidorus lib. 5. etymolog. cap. 24. Vbi ita ait: Cæritio est certus dierum numerus, in quo institutus heres adit hereditatem, aut finito tempore cætationis excluditur, nec liberum est ei ultra ius hereditatis capienda; idem que statuit noster forus, ibi. que la baja perduda.

21. Idem enim effectus resultat ex tempore lapsu, et hereditatis adeunda omissione, ac de repudiatione expressa L. 4. C. de repudian. hered. et directe descripsit Ulpianus in L. 1. §. quibus ex



edicto 10. ff. de Successor. edicto in illis verbis:  
 Quibus ex edicto bonorum possessio dari potest,  
 si quis eorum aut dari sibi voluerit, aut per  
 dies Statuti non admissit, tunc ceteris  
 bonorum possessio perinde competit ac si prior  
 ex eo numerus fuerit.

22. Ratio est, quia qui semel bonorum posse  
 sionem petere noluit, perdidit ius illius: Obi  
 enim noluit, cepit iam ad alios pertinere  
 bonorum possessio, ut inquit Ulpianus in l. 1.  
 §. qui semel 6. ff. de Successor edicto. Idemque  
 statuit fons noster illic: Cui duxit tres muros  
 no volcha aquella, o lallexa pendre quella pa  
 ja perduda equi boni, era adels. pus prois mes  
 de testador.

23. Ideo que restitutione in integrum opus est  
 minor ad quaerendam hereditatem, siue  
 tacite, siue expresse repudiaverit, ut dixit Sc  
 uola in l. Si minor 24. §. Sc uola illuc: om  
 miserit, vel repudiaverit ff. de minoribus.  
 Omittere enim est silentio repudiare [si tu  
 ex parte 15. l. si solus 19. ff. de adquisit. he  
 red. l. alienationis 28. §. qui occasione ff. de  
 Verbor. Signific. l. si filius heres 16. ff. de liber. et



post hum.

## Quarto.

24. Nam licet filio concedatur triennium ad reus-  
candam abstentionem paternae hereditatis, et  
integra, et si sit minor computatur hoc trien-  
nium a fine quadriennij generaliter concessi  
ad petendam restitutionem, et novo iure cons-  
tituit Justinianus in l. fin. C. de repudian.  
hereditat. l. si quis sui 4. C. de iur. delib. et  
annus concessus est filio ad matris heredita-  
ti repudiationem reuocandam l. 3. C. de iur.  
et facti ignorantia. l. filij mater, 6 §. 1. ibi:  
penitentia usque ad annum admittenda est  
Cotta de portione, et rata quest. 126. n. 11. Ze-  
uallos Commun. contr. Commun. cap. 205 n. 3.  
Non est huius repulsa locus in nostro casu, ex hi-  
bus fundamentis, siue limitationibus:

25. **P**rimo: quia beneficium siue privilegium  
reuocandi abstentionem militat in suo he-  
rede, non in emancipato, ut aduertunt Padilla  
in l. 3. C. de iur. et facti ignoran. Vbi Barbosa  
in collectan. n. 4. Valerius in tract. partitionis  
cap. 15. nu. 59. Magennis decisi Florentina



10 num. 13. In nostro autem casu non agimus de  
 herede suo, cum filia ex Matrimonij contrac-  
 tu fuerit a patris potestate liberata, iuxta ea quae  
 diximus observat. 108. num. 3.

26. **Secundo:** quia etiam si de suo herede age-  
 retur fuerat testamentum paternum ad instans  
 tam filiae publicatum die 14. Januarij anni  
 1612. et ab eo termino usque ad diem 15. Aprilis  
 anni 1615. quo fuit declarata voluntas adendum,  
 siue aditio de facto, plus quam triennium fue-  
 rat elapsum et completum, et consequenter  
 nec revocari ab institutione, aut repudiatio-  
 nem posset, nec re vera revocata fuit aut ab  
 aliquo de hac revocatione animus aut intentio  
 innuata, sed simpliciter hereditas ample-  
 xa, ac si ad huc perseveraret delata; quod  
 perinde est ac si nihil actum fuisset, argum.  
 text. in l. nec u. 17. §. 1. ibi. quia hanc non repu-  
 diant. ff. de acquir. heredit.

27. **Tertio** quia illa repudiatio, quae induitur  
 et lapsu termino irrevocabilis est, itaque  
 revocatio expressa repudiationis intra trien-  
 nium fieri potest a suo herede locum non ha-



bet in tacita, ex silentio, abstensione, et repudiatione. Tempori enim praescriptis magis nocet quam expressa in iure quaerendo, non quaerito. probat Gothofredus in l. facta 63. §. Siqui bonorum. 11. ad Trebellian. litt. y. Et communiter in interpretibus in l. si emancipata 3. C. de iuri et facti ignorant. Vbi Barbosa n. 2. Firaquell. de iure mariti sive ad leg. commun. gloss. 1. n. 24. Zuallos Commun. Conti. Commun. cap. 205. n. 5. Stanus in concord. antinom. lit. H. n. 16. Vbi aliud de iure Castelle observandum advertit ex l. 2. tit. 6. p. 6. et Reporij Lopez glossa in ea ad fin.

Hæc omnia clarioxa fiunt, si objectionibus satisfacimus.

## Prima Obiectio

Obijcitur enim nobis primo: Peccam conventam non negare, sed fateri hereditatem paternam adijse: Cuius ex hac confessione, et responsio, ad creditam hereditaria tenetur. Voluit enim Praetor adstanti- gere eum, qui convenitur ex sua in iudicio responsione, ut vel confitendo, vel mentiendo se responderet; et etiam, siquis sine interrogacione responderet.



ponderit pro interrogato haberi, inquit Ulpianus in l. voluit 4. et in l. si sim 9. ff. de interrogat. actionib.

29. Id autem locum habet, etiam si falsus se heredes responderit: fides enim ei contra se habetur, ait idem Ulpianus in l. de etate 11. §. 1. ff. de interrogat. actionibus; habetur enim tunc pro herede in sui detrimentum, Menochius lib. 4. praesumpt. 101. n. 30. cum tribus sequentibus.

30. Deinde etiam idem assumptum probat alia regula, confessum scilicet, pro iudicato haberi: quam tradit Paulus in l. 1. l. 3. ff. de confessoris: Cui non potest pars neque proprium respondere, confessionem, neque factum impugnare, aut iudicatis non obedire, qui quodammodo sua sententia damnatur.

## Respondeo

31. Primo Nullam hic intervenire confessionem iudicalem, quia neque pars interrogata fuit, neque quid aliquid ab ea aliquibus positionibus sive interrogationibus responsum, instrumentum aditum fuit ab actore exhibitum: nihil tamen a reo conventa circa



aditionem in iudicio dictum, sed tantum alle-  
gatum, id de facto fuisse, non de iure, at que ita  
illam hereditatis paternae acceptationem, ut  
pote post tempus et post repudiationem iam  
legitime executam, nullius momenti, necesse  
aliquid potuisse pra iudicium inferre; et con-  
sequenter nulla in iudicio adest, aut reperitur  
confessio, quae vires possit iudicati habere  
et quilibet factum proprium, si nullum est  
potest impugnanare cap. Magna 22. quest. 4.  
cum vulgariis.

32. **S**ecundo respondeo. Nam si in iudicio con-  
fessa fuisset, separata hereditate, cum legitima  
praecessisset repudiationis, nihil ei noceret. quia  
regula illa, ut confessus pro iudicato habeatur,  
non pertinet ad vocem repudiantis heredita-  
tem, sed ad certam debiti quantitatem  
confitentem, ut his ipsi verbis scripsit tex-  
tus in l. Sicut 4. C. de repudian. heredit. Unde  
is, qui semel repudiavit, etiam si se heredem  
postea fateatur, hereditatem non adquiret, nec  
creditori tenetur, nisi forsitan suus heres esset  
et intra tempora revocandi ab hereditatione  
reperiretur, quia tunc sic respondens pro



herede gerere videtur, inquit Paulus, in l. si  
Silius 12. ff. de interrogator. action. 45

33. Subsistente tamen repudiatione, vel abstentione, qualibet acquisitioni confessio nullius momenti est. Unde dicit Gothofredus in d. l. 4. c. de repudiam. heredit. lit. M. Actus in validus, licet fiat in iudicio, semper est invalidus. Agnita semel hereditas repudiari nunquam potest ab annis viginti quinque maiore, nec quidem in iudicio. Et idem de semel repudiata ut non possit amplius adquiri eodem met. textu docemur

34. Tertio respondeo: Ita demum responsum factum ad interrogationem in iudicio factum adstringere, si in dolo versatus est qui respondit, vel in culpa quae dolo proxima sit l. de aetate 11 §. sed et si quis 11. ff. de interrogator. action.

35. Ex causa enim suorum ei qui respondit, non dubitamus. Et ideo si quis postquam se heredem confessus est, mox falsum, aut inofficiosum, aut irritum fuerit pronuntiatum testamentum, aquirissimum est ei suorum. Et ex eadem ratione licet illud testamentum separatim heredem falsa fuerit: cum postea



aduerterit illam additionem fuisse veritatem et nullam  
recte potuisset responderi pariter. Non enim impo-  
se respondit, sed scriptura ductus, ut inquit Ulpia-  
nus in l. de etate n. d. ex causa s. ff. de interdictis.  
action. et ut addit in s. fin. eiusdem textus, si quis  
postea plenius instructus quid faciat instrumentis  
vel epistolis amicorum iuris sui edoctus

36. **Expendo** verba ista iuris sui edoctus, quo signi-  
ficari posse videtur, etiam si in iure communi  
rebus eius, non nocere, quod ad rem nostram  
appositissimum est. Potuit enim res conueni-  
entia in factis, si in computatione temporis era-  
ret, existimando, non dum fuisse triennium lapa-  
sum, et reprobationem reuocare prohiberetur.  
In iure, si se posse reuocare ea temporis lapsu re-  
probationem putaret, vel nullum tempus a se-  
gibus nostris prescriptum ad aduocandam heredi-  
ditatem patris, sed posse quando cumque accep-  
tare crederet: et in omni casu nullum ei posse  
inferre preiudicium tam quia erat probabili-  
ignorantia; tum quia consueuerat peritos no-  
tarium saltem, qui de his secretam habere  
tenebatur, cuius culpa, non solet parti nocere,  
ut de defectu solemnitate in inventariis pro-  
bare



6.

bare solent nostri in L. fin. C. de iure delibet. Anton  
Faber de iura pragmatic. decad. 1. cap. 5. Pichard  
deus ad titul. de adquiren. heredit. cap. 4. nu. 23.  
 cum quia agit res conuenta dedamno videndo, iuxta  
 ea, que notant interpretet in L. iura. l. regula 9.  
ff. de iur. et facti. ignoran. et diximus obs. 23.

nu. 26. et iuxta hunc sensum interpretandus  
 Ulpianus in L. 2. ff. de confessis: Non falsus qui  
exat, nisi ius ignorauit: Id est, si ignorauit  
exat, et dolum non committit, neque litem  
culpam, sed, detecto et probato iusto errore, po-  
test penitere, et confessionem reuocare, et actum  
nullum ab eo factum impugnare, et respuere.

3). Et in terminis nostri idem probat Ulpianus  
 in L. Sed et si lege 25. §. 6. ff. de petit. hered.  
illuc: Scire ad se non pertinere utrum is tantum  
modo videtur qui factum sit, an et si qui in iure  
exauit. Putauit enim recte factum testamentum  
cum in utile erat, ut cum eum abius precederet  
apnatus sibi potius deferre. Et non puto hunc  
esse pædonem qui dolo caret quamuis in iure  
exat

Secunda obiectio

Esto, filia ob tacitam regradationem lega



lem, omittendis diebus statuti perdidit hereditatem ex testamento patris delatam, et de novo defertur hereditas ab intestato, et ex ea parte unde liberi, unde agnati, unde legitime iuxta successorum edictum, ut diserte probat Optavianus in l. 1. §. sed videndum est his verbis: Sed videndum est, an inter ceteros ipse quoque qui exclusus est, admittatur: ut puta si filius est in potestate: delata est ei bonorum possessio ex prima parte unde liberi defertur: exclusus est tempore, aut repudiatione; ceteri defertur: Sed an ipse sibi succedat ex hac successoria parte, et magis est ut succedat, ut unde legitime possit petere: et post hos suo ordine ex illa parte unde proximi cognati vocantur, et hoc iure ultimam ut admittatur. Succedere igitur poterit ipse sibi. Et Anianus verb. ipse sibi inquit: Admittitur ut alius. Et glosa marginalis declarat, de iure civili habere ex quolibet capite triginta annos, et de iure praetorio tres, quia si ent se habet annus de iure praetorio, ita triginta de iure civili. Et Gothofredus lit. O. ita explicat, Pone si iam triennio exclusam esse



matru hereditate testamentaria Bartholus  
 putat eandem infra alios triginta annos  
 admitti ex edicto unde liberi. Pone infra id  
 spatium unde liberi non petisset, eodem putat  
 eandem admitti infra alios triginta annos  
 ad petendam bonorum possessionem unde cog-  
 nati. Adde Baldum in l. licet 8. C. de iure de  
 liberandi.

39. Ergo et in nostro casu licet tempus ad eundem  
 hereditatem testamentariam fuerit lapsum,  
 et ad eam non habeat regressum, poterit in tes-  
tata adire et quaerere, in qua nulla in legibus nos-  
 tris est temporis limitatio praescripta ad eam  
 acceptandam et quaerendam. Quoties enim du-  
 plix iure defertur alicui successio, repudiata,  
 quod ante defertur, super est altera, inquit Pau-  
 lus in l. quoties 91. ff. de repul. iur. Ergo contra  
 Steoniam tanquam heredem patris ab intes-  
 tato procedit executio.

## Respondeo

40. Primum verum esse, forum nostrum loqui so-  
 lum de testamentaria successione, ut probat nos-



lex Belluga in specul. rubr. 41. n. 134. iuxta no-  
uam impressionem Bruxellis, ubi ita scribit: Si  
autem petit tempus ad deliberandum si est  
heres scriptus in testamento, de quo loquitur, fo-  
rus, habebit tres menses a morte testatoris, iux-  
ta fori dispositionem.

41. **I**ntelligendum autem est, etiam si non petat  
tempus ad deliberandum tibi ei terminum,  
quia ipso iure currit. Idque probatur illis ver-  
bis: Equos dicit tres menses consequens delicta  
autem que dicit heres e legatari generalis sexa  
in Regno de Valencia e sabra, aquella herencia  
e leca, esse ari feta, et probat Belluga dict. ru-  
bric. 41. n. 135. Ubi ait et sic habet in foris quod  
currant tempora ipso foris.

42. **V**erba autem illa, e sabra, intelligentem vel  
vexi vel presumptive, ut minus desuper foris an-  
teioris, ubi in eo qui absens erat a Regno et tem-  
pus competens. et scientiam requirit. in eo au-  
tem qui presens est, non scientiam expressam  
sed presumptam sufficere stabilivit, dum ni-  
hil aliud, quam ad se in Regno requirit. Id  
que maxime procedet in eo qui legitimus ab-  
intestato



intestato heres esset

43. Nam licet in testamentaria successione exigi solet, non tantum scientia ut sciat heres extor-  
 re tabulas, sed certus sit delatorum sibi bono-  
 rum possessionem, ut ait Ulpianus in l. 1. §. 4.  
 ff. de bonor. posses. secund. tabul. potest tamen  
 hic, et debet saltem is, qui etiam legitimus est,  
 factum inquirere, et ignorantiam, aut dubium  
 removere, et consequenter is culpabilis scientia  
 defectus nequit curam temporis ad adendum  
 impedire ut qui potuit parere conditioni, iux-  
 ta Ulpianum in l. 1. §. qui sub conditione ff.  
 Siqui omnia causa testamenti, et magis in  
 specie irata Paulum in l. in bonorum v. ff.  
 de bonor. posses. cuius haec sunt verba: In bono-  
 rum possessionibus viri ignorantia non pro-  
 dest quominus dies cedat. Et ideo heredi  
 instituto et ante apertas tabulas dies cedit  
 satis est enim scire mortuum esse, sequi  
 proximum cognatum fuisse, cognosque eorum  
 quos consuleret habuisse. Scientiam enim non  
 hanc accipi que inanis prudentibus sit sed  
 eam quam quis, aut perse habeat, aut consu-



lends prudentiores adsequi possit. Confert etiam  
mihi valde in iure Canonico textus in Clemen. uni-  
ca de concession. preben. ibi: Imputet enim sibi si id  
quod per se, vel per alium scire potuit ignoravit.  
et etiam vulgaris nostrorum regula et brocardus  
idem est scire, vel scire debere, iuxta Ulpianum  
in l. si duo 38. ff. de adquir. hered.

44. Sed ita demum tempus incipit currere, si  
vere hereditas sit delata, id est heres pure ins-  
titutus: nam si sub conditione, non a lix po-  
test incipere, quam a tempore evenientis con-  
ditionis. Et in substitutis, a tempore quo insti-  
tutus vel expresse repudiaverit, vel per tempo-  
ri lapsum omiserit hereditatem: Et idem  
erit de ceteris substitutis, quos per se rem ad-  
mittimus, ut inquit Ulpianus in l. 2. §. 34. ff.  
de bonor. possess. secund. tabul. Et facit etiam  
identitas rationis iuxta eundem Ulpianum  
in l. si quis 4. §. quamquam 2. ff. si quis omnia  
causa testam.

45. Loqui enim legem nostram sive forum, de  
omnibus hereditibus, et substitutis innuit Be-  
lluga in dict. rubric. 4. an. 111. in impressione



Bruzella, et Camillus, Borrellus in addit. lit.  
 T. Et exp. expressius et sine hesitatione affirmo  
 quia omnes vere sunt heredes. §. 1. Instit. de vulg. subst.  
lit. intelligit enim de substitutis vulgaribus, non  
de fideicommissariis quia hi heredes proprie non sunt  
 ut discrete probat Justinianus in §. 2. et 3. Instit.  
de fideicommissar. hereditat. et Bellug. rubr.  
41. nu. 111).

46. Igitur in nostro casu hereditas testamentaria  
 desinat esse delata, et locus factus fuerat abin-  
 testato successione, quae non defertur totis quibus  
 iure commune, scilicet, non ex tot capitibus, ut  
unde liberi, unde agnati, unde cognati; sed se-  
 mel ad intestatam hereditatem, ita ut si abin-  
 testato semel repudiaverit proximior, iam non  
 habeat ad eam ex alio capite, ad eundem fa-  
 cultatem. Ratio differentiae est: quia iure com-  
 mum ex praeterito beneficio, deferebatur heredi-  
 tas intestata primo ex capite unde liberi limi-  
 tate et taxative, et solum id repudiabat, vel  
 mittebat filius. Delata autem postea ex capite  
unde agnati, vel unde cognati, quia ex eo filius  
 non repudiaverat, et vere inter agnatos, et



22  
cognatos comprehenditur, et numerandus est  
ides iterum potest ad querendam hereditatem  
admitti. At nostris legibus semel defuncta suc-  
cessio vni gradu, non ex diversis capitibus, sed  
generaliter a intestato, et qui semel repudiat  
iam iterum admittendus non est. Sicut et  
iure communi qui sciens ex diversis capitibus  
sibi defuncti, non limitate repudiet, sed genera-  
liter et absolute dixerit repudiare hereditatem  
illam, in omnibus, et per omnia capita vide-  
bitur repudiare, et iam alia via ei non super-  
est, ut docuit glossa in l. quoties 91. ff. de repul.  
iur. Et Gothofredus in eodem textu lit. C. illi.  
Non super est si repudiata sit ipsa hereditas  
causa non adiecta, vel si repudietur vnum ex  
quo aliud necessario dependet.

**H**oc est si sciens utrunque verbi gratia he-  
reditatem testamentariam et legitimam sibi  
pertinere; tunc enim si legitimam repudiet  
videtur in necessarium antecedens et testamen-  
tariam repudiasse. Sicut vero si ignorans se  
institutum, respuat legitimam hereditatem:  
tunc enim ad neutram repudiatio nocebit.  
Non ad testamentariam, quia tunc non repu-



diavit nec ad intestatam, quia non dum ei fuerat  
 delata. Idem que hic accommodare possumus. Adi-  
 vit enim filia testamentariam hereditatem ex-  
 presse, et limitate, que iam desierat esse delata,  
 et consequenter non potuit adquiri, nec intestatam  
 etiam quia hanc non adiuit, et probat diuorte  
 Ut primum in l. negi. 17. §. 1. ff. de adquir. hered. hui  
 verbi. Heres institutus, idemque legitimus si  
 quasi institutus repudiaverit, quasi legitimus  
 non amittit hereditatem. Sed si quasi legiti-  
 mus repudiavit; si quidem scit se heredem in-  
 titutum, credendus est. Utrumque repudiare, si  
 ionoxat, ad neutram ei repudiatio nocebit: ne-  
 que ad testamentariam, quia hanc non repudia-  
 vit; neque ad legitimam, quoniam non dum  
 ei fuerat delata

48. **R**ationem autem ob quam qui repudiat legi-  
 timam sciens se institutum, intelligatur utram  
 que repudiasse reddit elegantex Pomponius in l.  
 illud dubitari. ff. de adquir. hered. cuius hec  
 sunt verba: Illud dubitari potest an si cum testa-  
 mento heres institutus esset ab eo qui etiam si  
 intestatus decedisset legitima hereditas eius ad  
 me pertineret an utramque hereditatem simul



repudiare possim, quoniam antequam ex testamento  
hereditatem repudiarem, legitima non dum ad me  
pertinet: verum eodem momento intelligor et ex  
testamento et legitimam repudiare. Sicut si legiti-  
mam velim ad me pertinere, cum sciam testamen-  
to mihi relictam, videbor, ante repudiare testamen-  
tum, et ita legitimam adquisisse. Nam ut aperte  
ex Baldo inquit Joh. Fredus in eo textu lit. V.  
cum aliquid simpliciter fit, presumitur fieri  
eo ordine quo debet. Et facta priore loco presump-  
tux qua priore loco fieri oportet.

49. In casu autem, de quo agimus, ideo hereditas  
ab intestato non fuit quesita, quia licet iam  
esset delata, eam tamen non adiit filia, sed  
testamentariam, ut ex additionis instrumentis  
indubitanter apparet, et ideo versamur in illi  
Ulpiani verbis, ad neutram ei repudiatio nocebit  
non ad testamentariam quia hanc non repu-  
diavit. Idemque de additione, in qua versamur, di-  
cendum est: quia ex quibus causis repudians  
nihil agit ex eisdem causis pro herede gerendo  
nihil agere sciendum est, ut inquit Ulpianus in  
l. Si quis extraneus r. d. sed demum ff. de ad-



94  
quis heredit. Ita qui in nostro terminis ides aditus  
filiam non fecit heredem, quia hereditatem ab-  
intestato non adiit, sed institutionem amplecti  
est, cuius delatio ob legalis temporis lapsum  
cessavit. Et regula nostra etiam est, ut si quis  
adeat hereditatem ex capite incongruo non sus-  
tineat aditus ex capite congruo, ut docet Paulus  
in l. si ad quem 22. ff. de adquir. heredit. cap. 9.

n. 5. Et intrat etiam illud nostrum brocardi-  
cum: quod potui nolui, quod volui adimplere  
nequimus; de quo in l. multum inter est C. C. si quis  
alteri vel sibi.

### Tertia Obiectio

50. Licet in aditionis instrumentis testamentaria  
hereditate aperit, postea tamen se bonis immiscendo  
pro herede gerit, annus enim separationis agnos-  
cit successionem quae major est annis, quam fac-  
ta. l. pro herede 22. ff. de adquir. heredit. cap. sal-  
tem ea ea parte dici poterit, ex eo capite quo  
potuit fuisse heredem, maxime iuxta nostras  
leges, in quibus nihil differt esse heredem ex tes-  
tamento, vel ab intestato, cum utroque modo le-  
gata et fideicommissa debeantur, ceteraque a



defuncti in testamento disposita, siue heredem instituerit, siue omiserit, siue heres adeat hereditatem, siue repudiet. Potest enim legitimum testamentum condi absque heredi institutione, et sequenda sunt legata, et id quod superest, venientibus ab intestato devoluntur. §. 26. de testamen. Et idem est si heres institutus non adierit, ut in §. 1. de quibus agimus videtur scilicet per ult. et fin. de repudian. heredit. Et ideo ad hunc effectum, nullo modo inuri communis edictum necessarium est. §. 1. qui omnia causa testamenti ab intestato, vel alio modo possideat hereditatem; immo quia alio modo possidet hereditatem, tenentur creditores etiam iuxta ius commune ex eo edicto et agere nos sine eo.

Respondeo =

1. **P**rimo. in factis non esse verum filiam conveniam, bona hereditatis paterna possidere; immo constat nulla esse in ea bona, et consequenter etiam si legitima fuisset aditis creditoribus non teneretur ratione beneficii inventarii l. fin. C. de iure delib. et in aliis processu probatur legitimis documentis ex auctoritate omnino esse.



paternam hereditatem.

52. Secundo respondes. etiam si bona possideat  
 non obstaret, tum quia non possessio rerum, sed  
 hereditas obligat heredem, ut ait Antoni. Tabern  
 in rationabili ad l. 3. ff. de transaction. lit. B.  
 tum quia id eveniret ex illa illegitima aditio-  
 ne, quae filia non potuit facere heredem, et  
 ea consequenti nihil ad immixtionem sive  
 aditionem conducere, cum praesumatur fieri  
 ex titulo praebito quod generale est, et in  
 specie aditionis, vel pro herede gestioni, non  
 sufficit bona possidere, sed qua ex causa illi  
 perveniat scire ut Paulus scripsit in l. si  
 ad quem 22. d. 1. ff. de adq. heredit. illi: Nam  
 ut quis pro herede gerendo adstringat se here-  
 ditati scire debet qua ex causa hereditas ad  
 eum pertineat, veluti agnatus proximus iusto  
 testamento scriptus heres, antequam tabulae  
 proferantur cum existimaretur testato patrem  
 familiae mortuum, quamvis omnia pro do-  
 mino fecerit, heres non erit. Et idem iuris  
 erit si non iusto testamento scriptus heres  
 pro latis tabulis, cum pertinet iustum esse





39  
quamvis omnia pro domino administraverit  
hereditatem tamen non acquirit.

53. Tertio respondeo. Etiam eo casu, quo filius  
suis heres beneficium amittit abstinendi  
si bona patris amoverit, intervertit, celo  
verit, aut consumpserit, ita demum exit edic-  
to locus: callidus animus et malignus rei re-  
ponat, et ante amoveat, quam obstineat. Si  
veras prius abstinuit edicto locus non super-  
est. iuxta Ulpianum in l. si servum d. d.  
Prætor ait. 3. §. amovere 8. et §. fin ff. de ad-  
quir. hered. Ergo neque in nostro casu po-  
set filie occupatio in præiudicium inferre  
vel additionem in testatam inducere, cum  
nec suaveres sit, quæ per contractum matris  
monij fuerat emancipata, ut diximus obsor.  
108. n. 3. nec animo maligno fecerit, etiam  
si sua heres esset et prius, ~~et~~ lapsu temporis  
hereditatem omisit, quam boni se immitte-  
ret, et semper animus quo in omnibus adtes-  
tamentariam successionem respexit, præcipue  
in hac materia attendendus est, cuius ratio-  
ne aditis inducitur, licet nihil heres attin-



gat hereditarium, et interdum, etiam si attin-  
gat nihil apat, ut aduertunt Ulpianus in l.  
pro herede 20. et l. si quis extraneus 21. §. 1. ff.  
de acquir. hered. Possessio rei iuxta sola bonorum  
si qua essent non possent filiam heredem ab in-  
testato facere, sine animo eam adeundi, nec be-  
neficiam abstinerendi auferre. R

54 Quarto respondeo. Licet quo ad legatarios  
et creditores nihil intersit, an quis sit heres  
ab intestato, vel ex testamento, iuxta leges nos-  
tras: Idemque est iure communi in his, qui  
in edictum incidunt si quis omnia causa tes-  
tamenti, sed quo ad alios plures effectus, ma-  
ximam versatur discrimen de una successio-  
ne ad aliam. Nam si defunctus habeat ab  
aliquo ascendente facultatem stipendi in  
marozatu, vel fideicommissum successorum ge-  
neralibus uerbis heredem instituat ali-  
quem ex eis, quos nominare potest et adeat  
videbitur electus, et succedet in marozatu. Et pa-  
riter si seruis filium instituat et si praemoria-  
tus, eius heredem quem instituerit, vel nomina-  
uerit vel elegerit, vel in quem disposerit, si  
fuerit institutus in testamento filij Sompri-



nus et adeat, erit etiam seij heres. Si vero in  
his casibus non ex testamento, sed ab intestato  
successerit nec censebitur in maioratu electus  
nec in seij bonis ius aliquod consequi poterit  
que facile possunt fundari in his que late exami-  
minat. Fusarius quest. 550

55. **R**atio diverſitatis est. Quia ille, qui ab inter-  
tato succedit, non potest dici a testatore no-  
minatus, cum non ab eo, sed a lege ei hereditas  
deferatur: qui vero instituitur capit immedia-  
te a testatore, et etiam si verbi generalibus  
in suis bonis instituitur, verum est, etiam  
ea que iure maioratus possidet sua esse, con-  
sequenter in eis ita ut potest institui, con-  
ſecrari, id est, nominando, vel eligendo, vel res-  
tituendo; et ideo si ipsa bona non possideat  
actu, ut qui etiam in testamento censeatur  
electus, non sufficient generalia institutionis  
verba, sed specialia et expressiva necessaria sunt.  
ut probant late noster Leo tom. 1. decr. 53.

n. 8. Fontanella de pact. nuptial. claus. 4.

Jo. S. nu. 63. et decr. 46. nu. 2.

56. **H**anc diverſitatis rationem scripsit Lucu-  
lenter



lenter Baldus in l. si emancipatus q. C. de colla-  
 tionib. his verbis. Octavo oppono, quod non sit di-  
 fferentia testati, et intestati, quod sic probo, qui  
 non testatur, testatur scilicet tacite l. si quis 3.  
 l. conficiuntur 8. ff. de iure codicilla. l. si per  
 multos ff. de legat. 3. B. l. utis. Illud improprie  
 dicitur testari, scilicet permissus non dispen-  
satus. Nam aliud est permittere, in quo sola  
 causa efficiens apparet. Et aliud est dispo-  
nere in quo apparet causa efficiens formalis,  
 et etiam materialis. Et ideo succedens ab in-  
 testato, non habet formalem titulum ab homi-  
 ne, sed a lege, ut notatur de hered. instit. l. Lu-

cius  
 57. Idem probavit Oldradus cons. 94. n. 12. in  
 fine, ubi in specie scilicet in l. si quis ita ins-  
 tituat, si legitimus velit vindicare heredita-  
 tem meam 32. ff. de hered. instit. probat non  
 admitti legitimum iure testamenti, sed iure

primo =  
 58. Nam licet, sicut scripsit Paulus in l. confi-  
 ciuntur 8. ff. de iure codicilla. ideo fideicommi-  
 sa dari possunt ab intestato succedentibus, quo



nam creditur pater familias sponte sua, his re-  
linquere hereditatem: non id intelligitur positiva  
voluntate sed permissiva. Paz de tenuta p. 2.  
cap. 63. n. 38. Non potest autem effectus aliquos  
vocationis, aut nominationis, aut sectionis ope-  
rari tolerantia, quae solum in non faciendis con-  
sistit, et ut suos lex operetur effectus, sua spon-  
te omittendis relinquit.

59. Probat implacabiliter et Separatim Paulus  
apud Julianum in l. si pater 4. §. fin. ff. de  
manum. vindicta, his verbis: Minor viginti  
annis dominus nec communem quidem sex-  
uum sine consilio manumittit. Paulus notat.  
Sed si pignori obligatum sibi minor viginti  
annis manumitti patitur recte manumitti  
habet, quia non tam manumittere is, quam  
non impedire manumittentem intelligitur.  
Idem qui in nostris terminis evenit, ut qui  
intestatus decedit non tam ipse defertur, aut  
relinquere hereditatem videatur quam legem  
defertentem et proximiores vocantem, non impe-  
dire.

60. Haec autem differentia inter heredem ab-



92

intestato, vel ex testamento, maxime in nostris  
Valentia Regis observanda est; cum iuxta  
fores plurimum distent. Siquidem iuxta fo-  
rum 2. soluto matrum. Si pater, aut mater,  
aut quisquis alius consanguineus, vel extra-  
neus dotem filiae, aut cuiuslibet mulieris con-  
stituat, et illa sine liberis aut descendenti bus  
decedat, duas dotis partes ad dotatem, vel  
eius, ex sanguine heredes veniantur; de  
tercia vero potest illa ad libitum disponere; si  
autem intestata decedat, etiam illa tertia pars,  
et sic dos integra a quo aliqua deductione  
in iure reversionis comprehenditur, de quo  
epimus obser. 24. n. 8. Ergo magna repositio  
de testata ad intestatam successionem distinc-  
tio, cum heres mulieris dotata, nihil de  
dote capiat, si a intestato heres est: tertia  
vero partem lucratur, si institutus et testamen-  
tarius heres sit, non vero alias duas res dicitur.  
12. Datur enim femine facultas de ea tertia  
parte disponendi, quae dum testamentum non  
colliderit, non intelligitur iuxta nostros fores  
disponere, nec ea facultate uti. Si vero testa-



mentum legitimum fecerit, cum de re quam  
habet et possidet disponat, verba generalia hęc  
dis institutionis sufficient, ut eam textam par-  
tem comprehendisse censeatur, ut Senatus noster  
Valentinus probavit testante ita notus D. Fran.  
Hexonius de Leon tom. 1. de iis. 53. in fine, et  
ita receptissimum est. Cessat igitur omnis tex-  
ta supra proposita obiectio.

### Quarta obiectio =

61. Is qui possidet hereditatem, licet vere heres non  
sit, fructus suos facit, actiones exercet, solutio-  
nes recipit, et debitores liberat, et super rebus  
hereditariis transigit. Ad hęc enim omnia  
sufficit esse putativum heredem, ut probavit  
Iuris consultus noster Seneca in l. 3. §. fin ff.  
de transaction. Cuius in l. quod si possessor l.  
ff. de petit. hered. Ulpranus in l. item veniant  
20. in pluribus. §. ff. de petit. hered. Pompo-  
nius, et apud eum Quintus Milius, et Celsus  
in l. statu liberi 29. §. Quintus Milius ff. de  
statu. liber. Causa et sufficit ut a creditoribus  
hereditariis conveniri possit, cum hereditatem



veri aliena nos obligare plusquam manifes-  
 tum dixerit, Ulpianus in l. mox 8. ff. de ad-  
 quir. heredit. Ergo et in nostro casu licet Ob-  
noxa Veræ heres non sit, tamen ex communis exi-  
 matione. qua et heres reputatur, et heredita-  
 ria patris bona administrat, tenebitur credi-  
 toribus paternis, et hereditariis.

## Respondeo

62. Veram esse illam nostrorum distinctionem  
 Et putativus heres, qui vel ex testamento, vel ab-  
 intestato se heredem bona fide putat, ad plures  
 civiles effectus possit ea, quæ dominus posset,  
 aut Verus heres, dum ab eo hereditas non evincit-  
 tur; non tamen omnia, quia nequit Verus he-  
 redi, et domino præiudicare in his, quæ sine Veri do-  
 mini factis, vel consensu fieri non possunt. de quibus  
Sabodius in labyrinth. creditor. 2. p. cap.  
9. per tot. et præcipue n. 48. 58. 113. 114. et 134.  
 et recentissime et docte Valerianus J.C. Vallisole-  
tanus de transactionibus tit. 4. quest. 6. per to-  
 tam

63. Ratio autem, ob quam ea possit putativus heres  
 est duplex. Prima, ob utilitatem, immo necessitatem



tem promissum usus, ut ait Salgadus d. n. 113. et  
illius, quam praescripsit Ulpianus in l. qui cum his  
19. ff. de reu. iur. non eo protenditur ut beneatur  
indagare eas qualitates, quae vel nimis difficiles  
vel obscurae, aut absconditae sunt, et quas via  
sine lite assequi possent. Iuxta decis. 69. nu.  
28. Noque rot. alleg. 2. nu. 55. Salgadus in  
Labyrinth. Creditor. 2. part. cap. 9. num. 121.  
Aliter enim nimia in contractibus et rerum, et  
hominum commerciis generaretur confusio si  
ad promissum eorum usus praesumptus,  
quae ex possessione et communis existimatio-  
ne ad ea, quae solam bonam fidem requirunt,  
non sufficeret.

64. **A**liera ratio est, quia in bonis nostris com-  
putari ceterum est, non solum quae dominij nos-  
tri sunt sed etiam si a nobis bona fide possi-  
deantur, ut discrete scripsit Ulpianus in l. bo-  
noxum appellatis 49. § 1. ff. de verborum signi-  
fic. his verbis: In bonis autem nostris com-  
putari sciendum est, non solum quae dominij  
nostri sunt, sed et si bona fide a nobis posside-  
antur, vel superficaria sint: aequa bonis ad-  
numerabitur si quid est in actionibus, petitio ni-



bus, persecutionibus. Nam haec omnia in bo-  
nis esse videntur.

65. Cum igitur possessor actiones hereditas  
rias habeat, ad res illius recipiendas et excep-  
tionem contra petitores, donec hereditas legiti-  
mas sententij evincatur: recte in bonis nos-  
tris hereditatem habere intelligimur, et huius  
verbi domus Modestinus in l. item in bonis 52.  
ff. de adquir. res. domini. Et Paulus in l. si  
quis actionem 15. ff. de regul. iuris; Et perinde  
interim heres putativus habetur, ac si esset ve-  
rus heres, ac dominus; quia solum quod emun-  
ditur, in bonis non est, inquit Celsus in l. quod  
emunditur 190. ff. de regul. iuris.

66. Sed si ipse qui se putabat heredem, agnosceret  
vel non esse validum testamentum, in quo fuerat  
institutus, vel si ab intestato successisse existima-  
bat, apparuerit postea legitima tabula testa-  
menti, in quo alius erat heres scriptus, vel cum  
legitime a se aditam exactione hereditaria,  
postea lapsum tempus, et consumptam legis  
dilationem repererit, quis prohibet illi bonam  
fidem agnoscere. Et non esse heredem, nec a credi-



170  
tombus conveniri posse allegare; immo a iure si  
eam exceptionem opponere omitteret aliquae  
posset culpa imputari. Cuius vlti modo potest  
is videri, qui iam detecto errore nec verus est,  
nec putativus heres, ut probat in h. Paulus in  
L. quod si possor. 17. ff. de petit. hered. hii ver-  
bis: Quod si possor hereditatis ob id quod ex  
testamento se esse heredem putaret, legatarum  
nomine de suo soluerit, si qui ab intestato eam  
hereditatem emicat, licet damnum videtur  
esse possessori quod sibi non prospexit. stipu-  
latione hereditate evicta legata reddi: tamen  
quia fieri potest, ut eo tempore solueret legata  
quoad huc nulla controversia motarit, et  
ob id nullam interposuerit cautionem, plac-  
et in eo casu emicta hereditate, dandam ei  
esse repetitionem. Sed cum cessante cautione  
repetitio datur, periculum est, ne propter in-  
opiam eius cui solutum est legatum nihil  
repetit possit. Et ideo secundum Senatus con-  
sultum subveniendum ei est, ut ipse quidem  
ex retentione rerum hereditariarum sibi sa-  
tisfaciat, cadat autem actio in eis petitori ut



sus periculo eos exerceat =

67. Itaque tres casus distinguendi sunt. Primus de eo qui bona fide omnino pacifice possidet hereditatem. Secundus de eo, qui licet bona fide possideat, his tamen super hereditatis petitiones pendet contra illum. Tertius de eo, qui vel a principio, vel postea mala fide possidet, vel retinet hereditatem, quam scit ad alium pertinere.

68. In primo casu tractandus est possessor in omnibus ut verus heres, et dominus, quia in eo statu nihil ei obstat quominus ea que possidet inter propria et vera bona sua non connumeret, iuxta Ulpianum in d. l. bonorum appellatis §. 1. ff. de Verbor. Signif.

69. In secundo, licet habeat possessor illam malam fidem, que ex litis inchoatione resultat non tamen in omnibus, et mala fidei possessor, vel pignus tractandus est; sed in pluribus ut bona fidei possessor. iuxta Paulum in l. illud §. 1. ff. de petit. heredit. Et notandum obser. 102. §. 2. an. 24. et re evicta desinit esse et reputari in bonis, ut scripsit Celsus in l.



quod emincitur 190 ff. de reguliur.

20 In textis casu tanquam praedicti possessor tractandus est, siue a principio fuerit in mala fide, siue postea conuersus fuerit, nihil ad se de hereditate pertinere. Parvi etenim refert ab initio quis abesse in hereditate sit versatus, an postea hoc facere cepit, ut discimus ab Ulpiano in l. sed si lege 25. §. de eo §. ff. de petiti. heredit. Et quantum distet in hac materia bona fidei possessor a praedone, satis deprehenditur a Senatus-Consulto, cuius uerba refert Ulpianus in l. item ueniunt 20. §. praeter haec 6. ff. de petiti. heredit. et ab eo, et alijs Iuris Consultis interpretantur.

21. Cum igitur in nostro casu, si reus conueniens se heredem simularet et in his periret, delinqueret, solutio quae creditorum damnis succederet, cum iam se non esse heredem agnouisset, nihil potest ei imputari, quod ueritatem alleget et pate faciat, atque ab executione se esse absoluentem contendat ut absoluenta est.

22. Haec licet iam diu fuit habita pro de rebus mortuis actore, et reus, et bonis hereditarijs exaustis: exitibus tamen omnes a nobis allegatas propositiones iuris, et legibus nostris esse ualde et apertè consentaneas.







quod cum sit 130 ff. de iur. iur.

1. In iuribus... quod...  
2. In iuribus... quod...  
3. In iuribus... quod...  
4. In iuribus... quod...  
5. In iuribus... quod...  
6. In iuribus... quod...  
7. In iuribus... quod...  
8. In iuribus... quod...  
9. In iuribus... quod...  
10. In iuribus... quod...  
11. In iuribus... quod...  
12. In iuribus... quod...  
13. In iuribus... quod...  
14. In iuribus... quod...  
15. In iuribus... quod...  
16. In iuribus... quod...  
17. In iuribus... quod...  
18. In iuribus... quod...  
19. In iuribus... quod...  
20. In iuribus... quod...

21. In iuribus... quod...  
22. In iuribus... quod...  
23. In iuribus... quod...  
24. In iuribus... quod...  
25. In iuribus... quod...  
26. In iuribus... quod...  
27. In iuribus... quod...  
28. In iuribus... quod...  
29. In iuribus... quod...  
30. In iuribus... quod...  
31. In iuribus... quod...  
32. In iuribus... quod...  
33. In iuribus... quod...  
34. In iuribus... quod...  
35. In iuribus... quod...  
36. In iuribus... quod...  
37. In iuribus... quod...  
38. In iuribus... quod...  
39. In iuribus... quod...  
40. In iuribus... quod...

41. In iuribus... quod...  
42. In iuribus... quod...  
43. In iuribus... quod...  
44. In iuribus... quod...  
45. In iuribus... quod...  
46. In iuribus... quod...  
47. In iuribus... quod...  
48. In iuribus... quod...  
49. In iuribus... quod...  
50. In iuribus... quod...



400



602







107







202.







207.







100







202

THE  
P.  
GREGORY



# DE

Poenis secundo Nubentium =

## OBSERVATIO CXXIV,

Antiquitas non satis a Alqui de prioribus  
 aut secundis persecuta batur nuptijs, sed licebat,  
 et Patri bus, et Matribus, et ad plures venire  
 nuptias, et nullo lucro privari. Matrimo-  
 nium enim, sic est honestum, et humano gene-  
 ri per filiorum procreationem videatur em-  
 mortalitatem artificiose introducere, qua prin-  
 cipalior erat hominum cura, et sua pos-  
 teritate in ævum memoriam relinquere.

Ut scripsit Callistratus in l. liberorum 220

an. 145. usque ad 163. Religionis fundat. sine



857  
fundatas, auctoritate sua Suprema Pontificia con-  
firmat, et ex medio per indirectum a seculari  
iurisdictione eximit. Non tamen (salva eius  
correctione et censura) posset directe concedere  
ut filius illegitimus succedat in Marzabato, ne-  
que ut aliquis secularis a Regia Jurisdictione  
exemptus sit, qui Regibus nunquam in his, que  
illis iuste competunt, vel que sunt preiudi-  
cat. Cap. Per venerabilem. 13. qui filij sunt  
legitimi, diximus de her. 23. n. 16. et de her. 51.  
n. 27. infra.

23. Ita ad rem nostram. Pontifex, qui votum  
castitatis, et paupertatis Ordiniibus milita-  
ribus relaxavit, illos accessorie, et per indirec-  
tum capere querendi et alienandi bona im-  
pediendi, et de eis prout illis con-  
venit disponendi imperavit, nisi Principis se-  
cularis in suis terris, accedat consensus, qui  
iuste potuit Ecclesiasticos omnes a eorum do-  
minio, bonis, et successione excludere, et legi-  
bus iustis exclusit. Cum enim prohibitis  
sit in bonis temporalibus facta per Reges,  
nequit directe illa per Pontificem tolli, cum



nihil sit tam naturale, quam eo quod quodam 129  
dissolui, quo colligatum est, ut dicit Ulpianus  
in l. tam naturale 35. ff. de regul. iur. et est  
etiam textus in cap. 1. de regul. iur. lib. 5.

24. Textus respondet: Non esse legitimam conse-  
quentiam Montensium Equitibus concessum  
est posse adquirere bona immobilia absque  
privilegio amortizationis: Cap. et Hierosoly-  
mitanus etiam si eadem militaret in utri-  
que natione, quia licet ex identitate rationis  
lex generalis extendatur, lex tamen privata  
sen privilegium quod idem est cap. Privile-  
gia 3. distinct. Nullo modo ex rationis iden-  
titate ampliatum, ut declaravit Notarius apud  
Dianam part. 8. decis. 9. n. penult. fol. mibi  
649. et consequenter quod iure specialiter Mon-  
tesium sine alijs militibus ex Principis gra-  
tia concessum est, non potest ad consequen-  
tiam trahi. Sed et quod principi placuit  
Inst. de iur. natu. nam tunc recte dicimus  
quod eius personis praestatur, hoc nequa-  
quam ad alium pertinere, ut scripsit Mar-  
cellus in l. Cum patris 23. ff. de legat. 2.



25. Quarto respondes: Sicut impedimenta obstant  
militi Hierosolymitano ad quaerenda bona immo-  
bilia in nostro Regno, et de eis disponendi, et res-  
tandi. Iuxta Canonica, Statuta Religionis, et  
foedi nostri. In duobus prioribus dispensat Pon-  
tifex, et Magister, vel Capitulum, cum a Sede  
Apostolica potestas data est, non in textis.  
Et habili redditus respectu unius impedi-  
menti, non censetur redditus etiam respectu  
alterius ex vulgata regula Utrum in l. de  
prohib. s. s. si in pluribus ff. de operis nomi-  
nunciat. l. si p. s. de condic. furt. la-  
te Valenzuela tom. 2. cons. 159. an. 2.

26. In tertio enim impedimento solus Rex nos-  
ter dispensare potest, et amercizationis privile-  
gium militibus Hierosolymitanis concedere  
quia de bonis temporalibus. apud Principi  
Supremo, et legibus territorij sive Provinciae  
subiecti, tum quia Pontifex jus quiritum non  
subditi tollere nec solet nec debet. Cap. no-  
uit 13. ibi. Non putet aliquis quod jurisdic-  
tionem illustri Regi Francorum perturbare  
re, aut minuire intendamus, cum ipse inis-



dictionem nostram nec velle, nec debeat im-  
 pedire, de iudic. cap. si dubsus. de Appella-  
 tionib. Valenz. tom. 1. cons. 59. n. 58: tum quia  
 Pontifex ipse ignorare statuta specialia  
 (etiam ecclesiastica) profitemur, et eis non cen-  
 seatur derogare quae ignorat, ut diserte scrip-  
 sit Bonifacius VIII. in cap. 1. de constitu-  
 tionibus in 6. Res veritas: Quia tamen locorum  
 specialium et personarum singularium con-  
 suetudines et statuta (cum sint facti, et in fa-  
 ctis consistant) potest probabiliter ignora-  
 re, ipsi, dum tamen sint rationabilia per  
 constitutionem a se noviter editam, nisi  
 expresse caveatur in ipsa, non intelligitur in  
 aliquo derogare

2) Probat haec omnia in terminis. Similis consuetudo  
 dicitur Gallicae. Vbi Religiosi et Monasteria, pari-  
 ter ad successionem non admittuntur. Fon-  
 tatus quest. beneficia lib. 1. Cap. 95. Vbi. n. 1. scri-  
 bit: Sive Religiosus in Gallicae partibus profe-  
 ssus sit et vixerit, sive in terris Ecclesiae immu-  
 nitate subiectis, semper fieri debet honorum de-  
 finitio, quae reputari debet, et eorum successio ad



28. iudicari secundum leges, et consuetudines loci  
in quo bona sita sunt. Peregrinus fuisse cons. 4  
per totum vol. 5.

28 Et n. 4. inquit Fondubus: Nec aduersus  
talem consuetudinem summus Pontifex con-  
cedit facultates testandi de bonis Monacho-  
rum in Gallia sitis. Guilhelmus Benedictus  
in cap. Raimundus in verb. et uxorem in tract.  
de success. ab intestato n. 222. et seqq. Imben-  
us in Enxixid. in verb. Moyne profes. Man-  
suer. in praxi tit. 32. de success. S. Ulti. in verb.  
Costume du Rey anno n. 2. Ioannes Gallus et  
ibi add. quart. 122.

29. Occasione huius questionis dubitabatur, an  
si ab intestato concessa esset militi Hierosolym  
tunc facultas eligendi successorem in hereditate  
vel fideicommissis, vel Mandat. possit ea uti abs-  
que privilegio amortizationis; In qua illa dis-  
tinctio semper mihi probata est, ut si facultas  
terra deditur testator independentes ab aliis  
requisitis vel qualitate poterit miles Hierosoly  
mitanus electionem iuxta testantis voluntatem  
terra forcere, licet incapax sit successoris, quia



hæc facultas eligendi et electio ipsa in factis con-  
 sistit, quo non privatur qui incapax est sibi  
 adquirendi, ut de sexus dixit Paulus in l. qui  
 heredi 44. ff. de cond. et demonstrat. ibi: Nam  
 si alio herede instituto iustus est. sexus. Fidei  
 dare, ipse sexus datur, quia que facti sunt  
 non transeunt ad dominum. Et Justinianus  
 docet in §. 2. Instit. de stipulat. sexus:  
 cum factum continetur omnimodo persona  
 stipulantis continetur, veluti si sexus stipu-  
 letur ut sibi ius agere liceat. Ipse enim tan-  
 tum prohiberi non debet, non etiam dominus  
 eius. Et late Ulpianus in l. stipulatio ista  
 38. §. si qui sunt in aliena potestate G. D. hoc  
 quoque d. §. plane §. ff. de verbor obligatio-  
 nib. Et ex eadem ratione facultas eligendi  
 que in factis consistit, poterit a milite Hiero-  
 solymitano expleri, licet ad huc sit successio-  
 nis ex parte.

30. Si vero ita testator facultatem eligendi com-  
 miserit ut prius successorem illum supponat, quod  
 frequentius et regulariter accidit non poterit mi-  
 les Hierosolymitanus electione uti, nisi prius  
 successor sit, et consequenter nisi tempore legitimo



hoc est ante delatam successionem, prius legimus  
amortizationis a Rege nostro obtinuerit: quia  
qualitas requisita ad dispositionem debet pro-  
bati et adesse tempore dispositionis, ut pro-  
bat Modestinus in l. 2. ff. de excusation. tutor.  
et Bonifacius VIII in cap. Sicut tempore de res-  
cript. in 6. Fusar. quest. 318. n. 61. Castillo lib.  
5. cap. 15. an. 2. Fontanella de pact. nuptialib. clau-  
sul. 5. plos. 8. part. 10. n. 15. to. 2. Ruben cons. 99. n. 11.

31. **N**ec antea electio fieri poterit, quam vere adie-  
rit hereditatem, sive fideicommissum accepta-  
uerit, aut Maioratum, quem admodum neque  
legatarius, cuius opus legata est, datur facultas  
eligendi, antequam heres adeat heredita-  
tem, et si de facto optaretur nihil agitur, ut  
scripsit Sixentius Clemens in l. optione 16. ff.  
de optione vel electione legata his verbis: Optione  
negata placet non posse ante aditam hereditatem  
optari, et nihil agi si optaretur. Ergo a fortiori non  
poterit ipse heres eligere, nec pro herede seipsum  
nisi se capaxem reddiderit adquirendi, et ad eundem  
hereditatem vel Maioratum. Et de modo interpre-  
tandi voluntatem testatoris circa hoc elect. v. de Sa-  
xream decis. 31. to. 1. et Amayam in l. nullus 60. an.  
D. C. de decurion. lib. 10. ff. 31.















822







204.







100







100



# AN EPISCOPI IN PERSONIS,

equitum militarium Ordinum Castella, com-  
petere possit aliqua potestas, vel Juris-  
dictio, ex eo quod vel prima tonsura,  
vel alio Ordine ecclesiastico sint  
investiti, in nostro Regno

## OBSERVATIO CXXVI

1. Item Canonica Constitutio, et Statuta, et Decretum  
non solummodo in his Ordinibus, sed etiam in  
his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt  
investiti, et in his, qui sunt investiti,  
et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,

2. Et cum Canonica Constitutio, et Statuta, et Decretum  
sunt, et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,  
et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,  
et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,  
et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,

Sed cum Canonica Constitutio, et Statuta, et Decretum  
sunt, et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,  
et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,  
et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,  
et in his, qui sunt investiti, et in his, qui sunt investiti,



187



# AN EPISCOPI IN PERSONIS, equitum militarium Ordinum Castella, com- petere possit aliqua potestas, vel Juris- dictio ex eo quod vel prima tonsura, vel alio Ordine ecclesiastico sint insigniti, in nostro Regno

## OBSERVATIO CXXVI

1. Iure Canonico antiquo Monasteria, et Monachorum disciplina ad eum Episcopum pertinebat, in cuius territorio erant constituta. Cap. Abbas 16. Cap. Monasteria 17. 18. quest. 2.

2. Et ideo Episcopi contra illa habebant intentionem fundatam, ut probat Innocentius III in cap. cum dilectus 8. illic: Quod si Abbas in exemptione probatione defecerit de Religiosis. domib. cap. qui vixit. 12. cap. 35. Viduitati 27. quest. 1. cap. 5. Quam sit necessarium 18. quest. 2.

3. Sed tempore labente, plura Prælati Religiosis gravamina inferre, experientia docuit, ut docet Gregorius IX. in cap. Nimi iniqua 16. Vbi quindecim refert, et in cap. Nimi prava 17. Vbi duodecim addit de excess. Prælatorum, quibus omnibus iubet



827  
Prælatos abstinere. Et latius Clemens v. in Concilio  
Viennensi, præcedet contra viginti gravamina per  
Episcopos et Superiores Religiosos inferri solita,  
a quibus Prælati cessare præcipit, et per suos subdi-  
tos cessare facere in Clement. unica de excus. Præ-  
latorum. Refert etiam Arcanius Jambrinus de Jur.  
Abbat. tom. 3. disput. 5. quest. 11. n. 119.

4. His mota Sedes Apostolica, quæ ipsum Christi  
suave agnoscit, a Jurisdictione Episcoporum cepit  
Monasteria, et Religiones excimere, quemadmodum  
enim pater inique se habens in filium, compellit  
illum emancipare, ut docet Marcellus Secandus  
in rescripto. Injam in l. si ff. Si a parente qui  
fuerit manumissus. Et præsertim cum alijs Paschalis  
de Virib. patris potestatis part. 1. cap. 2. n. 101. et glossas  
recepta in d. si Instit. quib. mod. jus patris potestatis.  
Solentur: et dominus servum, ut illum manumit-  
tat. l. Si lenones. 12. C. de Episcop. audient. l. pe-  
nit. C. de Spectacul. lib. 11. tit. 40. Et est Hadrianus  
apud Optatum luculentum exemplum, qui  
Umbricam quandam matronam in quinque-  
nium relegavit, quod in tenuissimi causis an-  
cillas atrocissime tractaret. Et Sicut ad  
Primum Martianum rescriptum adfert. in l.



2. f. de his qui sunt sui. Et Dominus Vassallos  
 opprimens, Jurisdictione et feudo privatus, aut iux-  
 ta communioem, et benigniorem sententiam eos  
 alienare cogitur. Boer. decis. 305. Novar. de gra-  
uaminib. Vassallon. pælud. 6. Inter est emolli-  
 publica, nequis re sua male utatur, ut monuit  
 Justinianus in dict. §. fin. Instit. quib. mod. ius  
patr. potest. soluit. et ammadventit Jamburi-  
mus, de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 11. quest. 3. n. 1.

5. Ita Pontifices ab hac Superiorum asperitate Re-  
 ligiosos et Religiones suis Privilegiis eman-  
 ciparunt, exemerunt, et liberarunt, quarum  
 plura referunt Crasmus. Cokeri de Jur. dict.  
in exemptos part. 1. quest. 17. fere per tot. Bar-  
bosa de Jure Eccles. Univers. tom. 2. lib. 2. cap.  
12. an. 24. et de potestat. Episcop. allegat. 105. a  
n. 11. Jamburinus de Jur. Abbat. tom. 3. disp. 5.  
quest. 11. an. 10.

6. Sed hodie ex communicatione promiscua pri-  
 vilegiorum, vix aliqua est, quae huiusmodi exemp-  
 tione non suatur, ita ut quem admodum Jure  
 antiquo Episcopi (ut diximus) fundatam habe-  
 bant intentionem in hac potestate et Jurisdic-  
 tione, ita nunc e contrario, ut existimo Religionis



exempta praesumuntur: quia participatio primile-  
giarum eundem effectum habet quam concessio. Co-  
dex de Jurisdic. in exemptis par. 1. cap. 12. n. 2.

7. Nisi in illis casibus, quibus a Concilio Tridentino,  
tanquam sedis Apostolicae delegati, Episcopi  
committuntur, vel ob aliquam qualitatem,  
etiam in Religiosos exemptos, eis competere  
declaratur, quos fere omnes enumerat Peter Jan-  
buxinus de Jur. Abbat. dict. tom. 3. disput. 5. quest.  
11. an. 45. usque ad fin. Et Barbosa d. alleg. 105.

8. Et loquens in specie de exemptione nostrorum  
Ordinum Militarium, eam passat noster Hippo-  
litus Lamperius in elaborato et erudito libro de  
Montessa illustrata par. 2. n. 3. et part. 3. an. 2.  
Noster D. Laurentius Matthei de regim. Val.  
part. 2. cap. 8. §. 8. n. 312.

9. Sed quia res de facili ad suam naturam  
revertitur (l. si unus 27. §. pactus ff. de pact. l. testa-  
mentum 23. ff. qui testament. facere poss. reverte-  
tur Jurisdictioni Religiosorum ad Episcopos,  
quibus fore sua Religionis guardam non possunt, et  
quasi post limine restituitur ut in sequentibus  
exemptis comprobatur

10. Episcopus ex Religione assumptus, privatur potestate, vel



2. vel legitime Episcopatus renuntians, non suae Re-  
ligionis Jurisdictioni sed ordinariae, siue domici-  
lij, siue originis subijctur. Tamburinus de Jur  
Abbat tom. 3. dict. disp. 5. quest. 11. n. 96. 97. et 98.

11. Electus siue expulsus a Religione, Episcopi Juris-  
dictioni est. Ut ex Nauarro cons. 19. de Regularib.  
et cons. 2. n. 34. docet Coxeus de Jurisdic. in  
exemptos part. 1. quest. 20. n. 5. Tamburinus Obi.  
proxime.

12. Sed Patet Josephus Alderete de Religiosa  
disciplina brenda part. 2. cap. 2. §. 10. Late con-  
traarium contra Nauarum scripsit, seu tempera-  
uit, et non omnes ab obedientia superioris eos  
liberatos licet expulsos, affirmat. Sed nunc institu-  
ti nostri non est hanc questionem decideri, nec illam  
si forte aliqua pena in electione adijciatur que  
in casu contrarietatis dupliciter, qui contraue-  
niendo sit Index competens, praeter eundem Alde-  
rete dict. cap. 2. n. 32. 36. et 37. Videndi Gualtero  
cons. Crim. 15. n. 17. et post eum Corleua. tom. 1.  
de Judic. dispunct. 2. nu. 909. Sanchez in sum-  
ma lib. 2. cap. 6. nu. 10. Ricca part. 2. tract. 2. de  
Immunit. quest. 119.



13. Apostata etiam, dum in eo reatu est, nullis sue Religionis privilegiis iuvatur. iuxta Concilium Tridentinum sess. 25. Cap. 19. de reformat. Privilegium enim amittitur ratione criminis. cap. Privilegium 11. quest. 3. Paponius lib. 1. tit. 6. arrest. 6. Bail. de arrest. Imperij cap. 11. nu. 10.

quos refert Coxius de Jurisdic. in exemptos part. 1. quest. 25. n. 1. et. 2. Et de his etiam agit

D. Raphael Vilosa, Collega noster in Consilio seu prae in suo docto tract. de fugitivis cap. 21.

14. In terminis igitur Ordinum Militarium Castellae contendit Archiepiscopus Valentinus sibi traditi militum personam in Carceribus regis detentam, quia in eo Regis non gaudet fors sua Religionis et consequenter cognitionem eius criminum ad suum Tribunal Ecclesiasticum pertinere, maxime cum prima tonsura fuisset indignus, et omnia obtineret quae dispositis Concilij Tridentini requirit ad hoc, ut gaudeat privilegio fori sess. 23. de reformat. cap. 6. praecipue, cum idem Concilium Episcopos tanquam Sedis Apostolicae Legatos cognitionem exemptorum in causis civilibus et Cri-



1848  
minalibus committat sess. 7. de reformat. cap. 14.

et sess. 14. cap. 4.

15. Sed per Cancellarium Regni Valentiae D.  
Thomam Antonium Corbi fuit declaratum, non  
procedere repetitionem personae, nec foris Ecclesiasticis  
gaudere Sententia pronuntata die 26. No-  
vembrii 1655.

16. Pro qua mihi haec rationes se offerunt. Prima  
quia non ex eo quod in nostro Regno Valentiae,  
miles Ordinum Militarium Castellae privi-  
legio sui Religionis non gaudet, sed  
desinit esse sui Ordinis auctoritas; et conse-  
quenter nihil est, quod Ordinarius Ecclesiasticus  
tribuere possit Jurisdictionem, a qua exemptus  
est. Unde Similes horum Militarium ordi-  
num, ante habitus suspensionem fuerit Sacerdos,  
a Jurisdictione Ordinarii Ecclesiastici per ha-  
bitus suspensionem exemptus. Et si post habitus  
suspensionem Sacerdos fiat, in eadem exemptione  
manet ut probat Alpiqueba Nauarrus, de red-  
ditib. Ecclesiasticis. quest. 3. monit. 28. pagin. m.  
p. 199. Vers. y per conclusa 6. col. 1. Vbi postquam  
extollit, et magno-pere laudat Iurii Allegationem



1461  
scriptam per Don Michaellem de Marañon Fi-  
calem Consilij<sup>o</sup> Supremi<sup>o</sup> Ordinum in predicto ver-  
su. ita ait. Ipse concludit con exemplo Sacaele  
Amirans Rees y caso que tratamos, notoria-  
mente se ve cada dia, que si un Clerigo, o Sa-  
cerdote toma el habitis de algunas destas orde-  
nes se exime de la Jurisdiccion ecclesiastica a  
que estava sujeto, y es Juzgado solamente por el  
orden: y esto sin contradiccion de nadie, y man-  
dado por su Magest.

17. Secunda ratio: Quia Reges Aragonum Judices  
sunt in nostris Regnis Romanorum exemptorum, et  
Jurisdictionem a sede Apostolica obtinuerunt,  
ut late diximus, et pro barimus obs. 53. an. 49.  
Unde per inde est, ac si suos Judices proprios  
suorum Ordinum, et eorum tribunalia haberent,  
et contra eos ex consequenti nullam Jure  
ordinarius ecclesiasticus Jurisdictionem ha-  
bet, cum Seculari Curia Regis, vel Primo  
geniti in locum suorum Ordinum Judicum sub-  
rogetur; ea enim est natura subrogationis, vul-  
gari, regula textus in l. Sicum ro. §. qui infirmum  
ff. Si quis cautioribus



18. Tertia ratio est: quia Consilium Ordinum potest in casu iam commissi delicti (sicut generaliter non potest ante ea perpetrata) Militem reperire, et ad eum effectum commissarios mittere, ut advertimus obseruate. 53. Num. 34. Nam licet, ut diximus, id de Jure non procedat, sed ex Regum nostrorum voluntate: tamen iam id ex ea acceptum est, et non disceptabile, licet habeat regula illas tres limitationes quas probavimus licet. obser. 53. an. 22. et mihi indubie sunt. Sed dum non repetitur miles a Consilio Ordinum per suos Commissarios a Jure seculari tribunali Regi, vel Principi geniti, dumtaxat in nostro Regno cognoscitur et puniatur, quasi Jurisdictione Consilij ordinum non sublata aut extincta, sed obumbrata, vel suspensa in suis casibus: Aliud enim est cessare Jurisdictionem, aliud extinguere. l. cum alijs. 6. C. de Curator. furios. Bart. in l. qui res. 5. arcam. n. 2. ff. de solutionib. Alde. rege. part. 2. cap. 22. n. 52. Et si semel ad Jurem ecclesiasticum ordinarium remitteretur



tanquam ad suam Jurisdictionem restitutum, non esset  
 locus repetitionis, aut saltem summe difficilis  
 esset, quia iam Jurisdictionem sui Ordinis om-  
 nino extinctam supponeret, aut convinceret.

19 **Quarta ratio:** Quia in Concilio Tridentino sess.  
7. de reformat. c. 14. quod de Civilibus causis  
 agit, et sess. 14. cap. 4. quod de Criminalibus tra-  
 ctat, datur circa hos exemptos Juridictio Epis-  
 copis tanquam sedis Apostolicae delegatis: At  
 quia ex ea dispositione non tollitur Juridictio ad  
 noscitur Regibus privilegia sedis Apostolicae, et cons-  
 uetudine immemorabili quaerita, ut late probamus  
obser. 53. an. 10. Cap. multo minus potest illa or-  
 dinarijs Ecclesiasticis tanquam ordinarijs compe-  
 tere, quae tanquam delegatis non pertinet

20. **H**unc canonem nunquam videxam diceptatum,  
 nec alicquem ex Militaribus Ordinibus equi-  
 tem Judicij Ordinarij Ecclesiasticis potestate  
 aut Jurisdictioni subijci voluisse, et certum  
 est que de eo sem certior creditus, et his ratio-  
 nabilibus. scilicet, quamvis magna gravium  
 negotiorum mole oppressus, et liberos evolueret  
 impeditus. Declarationem que Cancellarij hic



intexere ad litteram libuit.

143

Christi nomine inuocato

21. Don Thomas Antonius Corbi Presbyter I.  
V. D. Canonius Penitentiarum, Solina Sedis  
Valentia Regius Cancellarius in presentibus Ci-  
uitate et Valentia Regius. In factis contentis-  
nis acta inter Quas Ecclesiasticam presentibus  
Archiepiscopatus ex una, et Secularem Regia  
Audientia partibus ex altera. Super dubio per  
predictas Jurisdictiones suscitato, an P. Ioan-  
nes Ruiz de Vallebrera miles profusus ordi-  
nis et Religionis Virginis Mariae de Calatrana  
tanquam clericus conjugatus, ad praesens in  
Carceribus Regijs Turrim Sezzanorum deten-  
tus occasione diuersorum delictorum per Fiscum  
Regij procuratorem et imputatorem, guardere  
debeat privilegio fori Ordinarij Ecclesiastici,  
et an restitutione illius locus sit. Visa presen-  
tatione instrumentorum coram nobis exhibi-  
torum: Visis depositionibus testium pro utra-  
que parte productorum: Viso denique toto prae-  
terito processu: Visis Videndis et attentis attendendis



244  
dis. Attento, quod constat, dictum D. Joannem Ruiz  
de Vallebrera esse Religiosum dicti Ordinis Ca-  
latriensis, et sic esse notorie exemptum a Ju-  
risdictione Ecclesiastica quorumcumque Ordina-  
rium extra dictum Ordinem, et in presenti  
Regno non habere aliquem Judicem Ecclesias-  
ticum competentem, unde iurata consuetudinem  
immemorabilem privilegio Apostolico roborata  
tam, subiectus est Regia Jurisdictione, et ab  
ea in Carceribus detineri, et puniri valet. Idem  
et alii pronuntiamus, sententiamus, et decla-  
ramus, dictum D. Joannem Ruiz de Vallebrera  
dicto foro Ecclesiastico Curiae Ordinariae Valen-  
tiae non gaudere, et illius repetitionem locum non  
esse.

D. Corbi Regius Cancellarius.  
Vidit D. Cosmas Tombau  
Vidit D. Baubius Esteve  
Vidit Argues  
Vidit Moa.

Lata fuit haec sententia per Admodum  
R. Dominum D. Thomam Antonium Corbi  
Presbiterum I. V. D. Canonicum Penitentiarum  
Almae Sedis Valentiae Regium Cancellarium

atq;



4.

atque publicata per me Gasparum Candell Notarium,  
 loco et vice Petri Clement Notarium causarum contentiosarum scribae in domo dicti Regij Cancellarij, quam fouet in presenti Ciuitate Valentiae, Parroquia Sancti Stephani in Vico nuncupato della Alcedia, vigesimo sexto die mensis Nobembris anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi Septimi, instante et supplicante Josepho Molina Notario Regij Fisci procuratore, altera parte et Praesentibus pro testibus Anselmo Perez Aguaziro, et Basilio Rambla Scriptorum, Valentiae Praebitoribus.

22. Illud autem animaduerto: In Principatu Cataloniae Iudicem Ordinarium Ecclesiasticum consuetudine receptum esse, et possit, admittere Iudicem Conservatorem Equitum Ordinum Militarium, ad firmandum ius et de iure, et Vterque rescribunt Iudici Saeculari, et firmatur contentio, quae a Cancellario declaratur. In nostro vero Regno, et alijs ubi haec consuetudo non est recepta, et legitime praescripta Ordinarius Ecclesiasticus non debet se intrinse-



liber. Here in his sed Conservator, vel quilibet alius  
Iudex delegatus hancum Regum debet adire  
et informare dumtaxat, et Regia Audientia  
pro ut Juris fuerit, observato modo et sty-  
lo in his assuetis procedere, et per viam extra  
iudiciali cognitioni declarare, nec Iudicem  
Ordinarium Ecclesiasticum ad firmam  
contentionem admittere; et ut facilius percipi  
possit, transcribam verba D. Michaelis Con-  
rada deciis 8. n. 102. qui ita scribit.

23. Nota, quod si Equites Sancti Jacobi, et alio-  
rum Ordinum Militarium in Cathalonia  
molestentur per Iudicem Secularem casibus,  
in quibus Jurisdictionis ad illum non pertinet,  
ipsi adire debent suum Iudicem, et cum Iu-  
dice firmare ius, et de iure coram Ordinario  
ecclesiastico, et Ordinario Ecclesiastico scri-  
bit pro eis in forma contentioni Iudici Secu-  
lari; alias si solum per ipsos sine suo Iu-  
dice firmata contentio, solet declarare Can-  
cellarius Cathaloniae, contentionem non prose-  
dere, ut docet Cancea. part. 3. Variar. Cap. 10. n.



22. Ver. et similiter, ubi addit ita accidisse  
 in contentione firmata ad instantiam Coe-  
 gij Comitis de Queralto, qui erat Commendator  
 Sancti Jacobi. Nam cum ipse in Regia Au-  
 dientia pulsaretur, coram suo Praeside firma-  
 vit jus et de jure, et Praeser una cum ipso firm-  
 mavunt coram Episcopo Barcinonensi Ordini-  
 nario suo Ecclesiastico, et Ordinarius scripsit  
 infama contentioni, et Curia Secularis res-  
 cripsit, et sic legitime fuisse firmatam contenti-  
 onem et declaratum refert. Et sequitur Da-  
 maz rex. ind. def. 100. n. 2. part 2. Ut fuit ob-  
 servatum per Cancellarium Romulo Consulto-  
 ribus Palman, Astor, Foxner, et Talba, de  
 Valseca 23. octobris 1642.

24. Sed cum in Regno Sardiniae similis casus  
 se obtulisset, rescripsit Rex nostrus, non esse super  
 his admittendam contentionem motam ab  
 Archiepiscopo Calaritano; quia a notorio ad  
 eum non spectat alienam defendere Juris-  
 dictionem, nec se immiscere rei ad se non per-  
 tinenti, sed procedendum esse eo modo, quo con-  
 tra Judices delegatos procedi solet. Ratio est.



quia non potest. Iudex Ordinarius Ecclesiasticus  
mutare modum procedendi sua interpositione  
vel auxilio, et Regiam, vocandi delegatos  
ad bancum Regium alterare, ut per viam  
Contentionis, siue competentie declarata, cum  
valde diuersus sit stylus, et Regia Prohe  
minentra, quam nequit praeiudicare ordinari  
us Ecclesiasticus, nec in alijs causis quam  
in his, in quibus ipse ut Ordinarius Ecclesiast  
ticus, nec in alijs causis quam in his quam  
in his in quibus ipse ut Ordinarius Ecclesiast  
ticus procedit, ut late de his agit Contrada de  
ci. 8. 9. 10. et alijs, et nos ter D. Laurentius  
Mattheu de Regim. Valent. tom. 2. cap. 3. §. 1.  
sect. 1. nu. 2. et sect. 5. ar. 192. cum pluribus,  
quos citat. Id quae adeo verum est, ut neque  
cum ordinario, si non ut Ordinarius, sed ut  
delegatus procedit sit admittenda contentio.  
sed debet bancum Regium infirmatus adire.  
Ut aduertit Contrada de ci. 9. n. 1. Confert nos  
ter Episcopus Barbatensis in Pastoralibus regulis  
part. 2. quest. 1. n. 26. et pro basi potest ex his  
que notant D.D. in cap. Collatione 11. de appellatis  
m. 9.



25. Et cum hac questio in Regno nostro Valen-  
 tie discutatur, iterum fuit decisum in nos-  
 tro Supremo Consilio, non esse huiusmodi con-  
 tentionem motam per Archiepiscopum admi-  
 ttendam, sed contra delegatum procedendum  
 per viam banchi Regij, et ita rescriptum  
 Ca. Comiti de Paredes Proregi Valentino,  
 et Ill. Archiepiscopo die 8. Novembrii an-  
 ni 1669. Hac autem rescripta sunt tenoris

Sequentis.

El Rey Ill. Principe de Portugal Primo  
 mi Lugar teniente y Capitan General: Hare  
 visto lo que escriuís al Vicecanciller en carta  
 de 14. de Octubre proximo pasado, en orden a  
 lo que apassado entre los Marqueses de Lacony,  
 y Ceja; y como el de Lacony sea valido del  
 Arzobispo de Calles, para eximirse de la Juris-  
 diccion Real quando quieris intentar nove-  
 dad el Arzobispo en la forma de las exco-  
 matorias, no amendose quieris reducir, como pa-  
 rece ser lacon, conforme el ultimo estado, en  
 que se han allado exemplares, y que el prin-  
 cipal motus es, el de dilatar el curso de la Justicia



362  
Ya parecidos deciros, que ya se los amos la competen-  
cia que aqui esta pendiente con el Consejo de Ordenes,  
y que hasta su resolution, no se deve innovar, sino  
tener al Marques como abtes de ella. Agora lo  
que se ofrece deciros es, que esta bien que se prosiga lo que  
incidentalmente se ha movido sobre las firmas,  
pero que en quanto a lo principal, no le toca  
de fender Jurisdiccion alguna, y que como cosa  
tan notoria no se ha de admitir competencia  
sobre ella, sino proceder essa Real Auctoridad  
contra qualquiera conservador, aunque sea el Vi-  
cario General, o Arzobispo, por via del Banco  
Repro, pues en esto no puede proceder como  
Ordinario, que es solo con quien milita, y se  
deve observar la concordia, procediendo contra  
los demas como delegados, en la forma acostum-  
brada. Encargo y mando os que asi lo execu-  
cuteis, que es lo que conviene a mi Servicio.  
Y dho que se obrare en esta Causa me avisar  
eis con lo demas que se ofreciere en ella. Dada  
en Madrid a 18. de Noviembre de 1663.



To el Rey.

V. D. Christ. Crespi Vicec.  
V. D. Michael Calba  
V. D. Antonius Ferrer

V. D. Petrus Villacampa Reg.  
V. D. Exca Reg.

Petrus Carolus Toalli Secret.

2) La Reyna Governadora. Ezequias Conde de  
Paredes Pariente con Lugar teniente y Capitan  
General. Al Alcaide de esta n. Plaza respondis  
alos reparos que aqui se hicieron en su modo de  
obrar en las diferencias que a tenido con la Ju-  
risdicion Real. Y por que le he mandado responder  
lo que vereri por la copia adjunta, he querido remiti-  
ros la con el original para q. lo veeria por vuestra  
mano, y quedari vos enterado de ello; y hareri que  
una y otra se repusiere en los libros del Consejo Real  
en Madrid a 4. de Diciembre de 1669.

To la Reyna

V. D. Christ. Crespi Vicec.  
V. D. Petrus Villacampa Reg.  
V. D. Ant. Ferrer.

V. D. Exca Reg.  
V. D. Raphael Vilsa Reg.

D. Didacus de Sada Secret.

La Reyna Governadora. Muy R. en Christo  
Pe Alcaide de Valencia del m. Consejo. Hare asi-



101  
bido una carta de 16 de este, respuesta de la que  
os escribí en 13. en que mandé, que se restituyese  
a su Superior a Fr. Francisco Bazo Religioso  
Bernardo; y con esta oración medeci, que los tres  
reparos que presuponeré a los hechos los dha. de  
la Céntrica de Valencia, tienen satisfacción en las ra-  
cones que a ellos se refieren. Ante todas cosas requerido de  
ellos, que ninguna de las dudas que os mande es-  
cribir, se muevan en Valencia, sino en este Consejo  
de donde se los avisaron, para q. respondieren  
de ellas como lo fueren, pudiendo yo decir lo  
que se ofreciere en cada una. En el primero reparo  
que se hizo, de que no os toca amparar a Reli-  
gioso, por no ser de vuestra Jurisdicción; me ha  
parecido responderos, que es cierto que después que  
la Sede Apostólica escusó a las Religiones de  
la Jurisdicción de los Obispos, no les toca ellos en  
casos semejantes, sino a sus Conservadores o, otros  
su amparo y defensa; y que con estos Juces Apos-  
tólicos en este Reino, no se procede por vía de con-  
tención sino de obediencia, y no está en manos  
de los Ordinarios que tienen por la Concordia esta  
prerogativa q. diferencia vulnera esta Regal-  
tía



tra, e, igualarlos en el modo de proceder; y año - 1548  
que en Cataluña los Prelados esta recivido  
que usen de este medio con ciertos requisitos,  
ni en esta oracion sea usado de ellos, ni yo he de  
lugar, antes admittio el Rey mi señor (que  
este en el cielo) que en las demas partes de estos  
Reynos donde no esta recivida esta practica  
no se deve dar lugar a ella, sino usaz de la  
República y proceder en forma que contra los  
Pueses de legados =

En el Segundo reparo es



*[Faint, mostly illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]*

*[Faint, mostly illegible handwriting in a cursive script, continuing the text from the previous section.]*







622



Prima Commenda vacatura in  
Ordine Montessia obtinentibus  
quorum alter est extraneus, sed  
prius gratiam obtinuit, alter  
professus sed tempore poste-  
rior; quis praefereendus  
est.

## OBSERVATIO CXXVII,

1. Hanc quaestionem tetigimus obser. 6 a num. 32.  
eamque latius scripsit Pater Andreas Mencho  
in lib. de Ordinib. Militariis. disquisit. 10.  
quaest. 4. a num. 29. sed pace doctissimi Viri  
alia fundamenta (praeter ea, quae attulit et  
docuit) a nobis enucleanda sunt.

2. Pro primo igitur et a Religione, extraneos  
has argumentationes componimus.

Prima Argumentatio =



3. **M** In his promissionibus siue donationibus, licet

non contrahatur hypotheca militat illa

republica: Ut qui prior est tempore, potior sit

ure. Jam quia in Donationibus, per secundam

nihil prime detrahi potest. E. Perfecta do-

natio 4. C. de Donationibus que sub modo:

Jam quia Commenda quem admodum Be-

neficia dimidi requirunt absque Pontificis dis-

pensatione. Cap. Fratemitatis 20 cap. Dilec-

tus 25. de Praebend. et toto tit. Ut ecclesiasti-

**III** ca Beneficia sine diminut. conferantur, et

necessarius vni dumtaxat adiudicanda sunt:

At qui potior agnoscendus est, qui prior est

tempore Cap. tibi qui 12. Cap. si prole 13. de

Prescript. in 6. et in terminis Commendarum

probatum Doctissimus D. Joannes B. Loizanus

tom. 2. de Substant. Indiar. lib. 2. cap. 8. n. 17.

et cap. 9. n. 6. Salcedo de lege politica lib. 2.

Cap. 19. n. 31. P. Mendos de Ordinib. Milit-

taxib. Vbi supra n. 27. Et in nostris Statu-

tu, siue in Capitu. Cap. de operibus in eadem



Magistras aliquas pensiones imponendi in spe-  
 cie et temporaliter concessa est; quod satis pro-  
 bat aliter esse prohibendum, quod quid sit in  
 Indiarum Commendis que secularis omni-  
 no sunt, et a Principis nutu dependet, et  
 aliud observari posset, iuxta ea que docuit  
 Solorzano tom. 2. de Jure Indiar. lib. 2. cap.  
 12. per tot: Cuius qui prior gratiam obtinuit  
 preferendus est.

## Secunda Argumentatio

4. **Q**ue militi ordinis gratia postea concessa  
 fuit nullam prioris concessionis mentionem fecit:  
 Cuius obreptitia et subreptitia existimanda est.  
 Nam si narrata fuisset non solum difficultate-  
 rem redderet concessionem Cap. super litteris  
 20. de Prescriptis, sed nullo modo Rex nos-  
 ter eam fuisset laxatus, et diserte probavit  
 Alexander III. in cap. ex parte 12. de officio et  
 potest. Iudicis delegati, ubi si alicui fiat gra-  
 tia de prima dignitate vacatura, et secundo



722  
de certa in specie (puta Archidiaconatus) et haec  
fuerit quae primo vacauerit, primo debetur et non  
secundo. Et reddit Pontifex illam rationem:

quoniam ipse si memores fuissimus, nos pro  
primo litteras dixerisse pro adversariis nulla  
tenus scripsissimus. Mandamus quatenus  
primo Archidiaconatum ipsius ecclesiae (si  
vacet) non obstantibus posterioribus litteris  
assignetis. Adde Blotzmann de iure Indiarum.  
tom. 2. lib. 2. cap. 9. n. 15. Crauea Cons. 68. n. 12.  
Menochius de Arbitrariis. casu. 201. an. 128.

5. Ex hoc textu in cap. ex parte 12. de off. et  
potest. iudic. delegati probatur, Patrem Mors con-  
trarium asserentem, et scilicet ille qui habet Dig-  
nitatem in specie expressam praefendus sit et  
Cuius prima vacatura promissa est; vel contra Pon-  
tificis decisionem scripsisse, vel de eo qui non pri-  
mum, sed generaliter vacaturam obtinuerit, suam  
sententiam intelligisse, vel temporandam esse  
existimo, nec aliter sustineri posse probat late  
Barbosa in collectan. ad illum text. n. 1. et 4

Tertia Argumentatio =

Concilium



6. Concilium Tridentinum Ses. 14. de reformat.

cap. 7. haec disponit: Regularia Beneficia in  
 titulum Regularibus professis prohiberi consue-  
 ta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias  
 illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Re-  
 ligiosis tantum illius ordinis, vel his qui ha-  
 bitum omnino suscipere et profesio-  
 nem emittere teneantur, et non alijs, ne  
 Vestem lana, lino=que contextam induant con-  
 ferantur. Qua dispositione probatur regulariam  
 illam juris communis, ut secularibus vel extra-  
 nei ab ea Religione, cuius est beneficium, vel Com-  
 menda non praestetur, sed illis qui in eadem  
 Religione professi sunt, limitari eo casu, quo  
 extraneus vel secularis habitum post obtentam  
 gratiam, aut promissam suscipiant, et suo tem-  
 pore professionem emittant. Ego nihil est, quod  
 gratia validitati, aut Regis nostri concessionem  
 obstare possit, sed ut valida et firma, et tempore  
 anterior preferenda.

Sed his non obstantibus habet contraria sen-  
 tentia fortissima, et meo Videri irrefragabilia



7. Rex noster, ut Administrator Ordinis Militarii Montessie auctoritate Apostolica et inferior a Papa non potest nisi ea, quae olim Magistri harum Militarium Ordinum poterant. At qui Magistri nihil contra statuta, aut definitiones ordinum facere poterant. Ergo nequa Rex noster =

8. Maior probatur ex ipsius Bullae incorporationum, et expeditam pro nostro ordine adfert ad litteram D. Laurentius Matheu de Regimin. Valen. tom. 2. cap. 8. § 7 n. 39. 6. D.  
 Hippolytus de Samped in Montessa illustra.  
 tom. 2. par. 3. n. 481. in quibus transfertur in Principes sine Coronas ea potestas, quae apud Magistros residebat, et cum illa limitatione: Quomodo ea quae spiritualia concernunt, per personas eiusdem Ordinis exerceri teneatur, et probant Nauarro in Apolog. de reddit. eccle. saest. quest. 1. monit. 55. n. 3. et §. 15. n. 14.  
 Vbi scripsit; quod Commenda nullatenus



sine dispensatione Apostolica (quam necesse  
 hactenus esse concessam) possunt conferri alijs  
 quam Reipublicis eorum Ordinum; Ita quod  
 Rex, quatenus est solum Rex, nihil potest  
 disponere de illis; et quatenus est Magister  
 a sede Apostolica deputatus, non potest Com-  
 mendas unius Ordinis Militi alterius con-  
 ferre sine dispensatione Apostolica, per quam  
 fiat facultas transeundi ad alium, quod  
 fiat capax illius; quod frequenter factum  
 ad Regis preces animadvertit Petr. Barbosa  
 in l. quanta tale 14. n. 95. ff. solut. matrim. Ca-  
 bedij ~~deci.~~ deci. 61. n. 6. par. 1. et deci. 112. n. 6.  
par. 2.

9. Minor vero probatur ex cap. Cum inferiora  
16. de Majorit. et obediend. Clementin. Ne  
Romani 2. de Election. in princ. et probant  
 iidem auctores citati cum pleribus alijs =

10. Modus sic: Magistri et Reges Administratores  
 non possunt quidquam facere contra sta-  
 tuta, vel definitiones, que Apostolica auctoritate  
 facta sunt: At qui iuxta, et definitionibus (que



authoritate Apostolica quam ex Bullis Pon-  
tificijs habent Visitatores constituta sunt)  
prohibitum est commendas laicis secularibus,  
vel eis qui non sunt de primo Ordine:  
Ergo non possunt eas extranei ab Ordine  
prestare vel promittere.

11. Maior probata manet: Minor vero pro-  
batur inspecta tantum ratione intrinseca  
iustitiae distributivae, ex Magistrali doctri-  
na Hostiensis in cap. statumus 15. de Ma-  
iorit. et obedien. Cuius haec sunt Verba: Sic vi-  
detur quod in perceptione beneficiorum, personae,  
et maiores in Ordine sint praeferendi, ut hic,  
et 12. quest. 2. Vobis, vulgarana, concessio. Dis-  
tinct. Ius Militare. 1. quest. 2. Cap. fin. et dis-  
tinct. Consulunt. C. 1. distinct. miramur in fin.  
Sed et ratio maioris laboris, et servitij lon-  
gioris habenda est. C. de offic. Magistris offi-  
cior. l. Nemo. De re militari. Non omnes  
in princ. Et nobilitatis et scientiae, in Au-  
thent. de Defensorib. civitat. in princ. collat.  
3. infra de Praebendis. De multa §. fin. et  
UVA. BHSC de Peniti



Copantur: Sed contra, quia beneficia sunt aequa-  
liter dividenda. Supr. de Constitutionib. Cum

omnes: Nec debet unificari gratia remissio,  
ut sit alij tribulatio. Secundum Apostolum  
25. quest. 1. §. huius ita ad fin. Argumento 16.

q. 2. Cap. 1. Pro socio Verum. §. sicut res:

Nec est nobilitate sanguine praeponeendus, sed  
potius nobilitate moribus, infr. de Appellationib.

Constitutis. 2. infr. de Prebend. Venerabilis. et  
de institut. Ad decorem Solutis, Nobilitas sunt  
consideranda ea quae hic continentur, et in si-  
milibus.

12. Sed melius et proprius probatur ex nos-  
tri Ordinis specialis definitione, nempe ~~42~~  
fol. 63. quae ita concepta est: Chori. Por  
; quanto las encomiendas en las ordenes de  
; Canalleria se instituyeron para que fuesen  
; proveydas a los Canalleros ancianos y be  
; nemeritos en premio de los servicios hechos  
; a las mismas Ordenes, y para animar



422 ; a ellos a haver otros muchos, y a los menos  
; ancianos a seguir con esperanzas de Alcançar  
; encomiendas; y acerca dello hallamos una  
; definición hecha por los Señores D. Pedro  
; de Tonia y su hijo Baltasar Muñoz de Sabad  
; con de la Orden de Calatrava Visitadores  
; de esta Orden, embiados por su Magest. como  
; Administradores perpetuos de la Orden de Ca  
; latrava en el año 1556 que es en numero 38. cuyo  
; tenor es el siguiente. Otrosi, por que mediante  
la orden que se tiene en todas las cosas se emi-  
tan y apartan muchas oraciones y disensio-  
nes: Ordenamos y mandamos, que todas  
las encomiendas, Priorazgos, Companias,  
Oficios, y Beneficios, sean prohibidos a los  
Comendadores y hijos de la dicha Orden mas  
ancianos, idoneos, y bien merecidos de ellos.  
Sobre lo qual encargamos muy afectuosos-  
mente la conciencia de su Magest. para  
para que assi lo mande guardar y cumplir,  
conformandose con la antigua y loable cos-



; nombre de la d<sup>ta</sup> Cavalleria de Montesa: 455  
; Por tanto ordenamos, definimos, y mandamos  
; que se guarde la d<sup>ta</sup> definicion en todo y  
; por todo, y que en defecto de no guardarse,  
; los Señores Visitadores de la Orden de Calatrava  
; traya que vendran a visitar esta Orden de  
; Montesa, desaprazamen a lo que a Maxen ayra  
; viado segun Dios y Orden. Et de similibus  
; Statutis Ordinum militarium Castellae, mentia-  
; nem facit P. Mendis de Ordinib. Militariis. dis-  
; quisit. 10. q. 2. n. 11.

13. Nec obest Concilium Tridentinum dicit.  
Ses. 14. de reform. cap. 9. in illis verbis: Vel hi  
qui habitum omnino suscipere, et professionem  
emittere teneantur; quia verum est, illam  
reputam qua docemur Regularia Regulari-  
bus eiusdem Ordinis donda esse, limitatam  
fuisse a Concilio eo Casu, quo licet tempore gra-  
tie extraneus sit illam impetrans et quali-  
tatem tempore gratiae requisitam non habet  
ad Religionem tamen destinatur, quasi des-



22  
tinatus ad illam iam Religiosus dicitur potest,  
intra ea quae docuit Felinus in cap. Cum  
ades 17. de Prescript. Costa de retr. tract. cap.  
9. cas. 3. Gabriel. lib. 1. de Presumpt. Concl. 12.  
n. §. 13. et 14.

14. Sed Concilium jure Commune derogavit,  
vel eam regulam temperavit, non tamen  
statuta specialia revocare censendus est, nisi  
disertis verbis ita exprimat, ut in cap. 1. de  
constitution. in 6. dilucide proficitur, et ad  
monet Pontifex. Ita enim scripsit Bonifacius  
**VIII:** Sicut Romanus Pontifex, (qui juxta omnia  
in scinio pectoris sui censebat habere)  
constitutionem posteriorem condendo, prio-  
rem, quamvis de ipsa mentionem non fa-  
ciat, revocare noscatur: quia tamen locorum  
specialium et personarum singularium  
consuetudines et statuta (cum sint facti, et  
in factis consistant) potest probabiliter igno-  
rare: ipsi, dum tamen sint rationalia,  
per constitutionem a sede noviter editam



(nisi expresse caueatur in ipsa) non intelli-  
gitur in aliquo derogare.

15. Et quamvis glossa Verb. facti contem-  
 dat constitutionem specialem, siue munici-  
 palem, que idem contineat, quod jus com-  
 mune, censeri reuocatum: Et confert quod  
 scripsit Baldus in l. Ius civile c. num. 6  
 ff. de just. et iure. Flenige Statutum conti-  
 nens, quod idem iure communi caueatur  
 non esse statutum, sed jus commune; non  
 caret hac opinio difficultate, si adest di-  
 uersitatis ratio, quia potest Princeps, vel  
 Pontifex moueri rationibus generationibus ad  
 vniuersaliter mutandum, quod iure com-  
 muni in aliqua re constitutum est; et  
 moueri etiam, quod in aliqua Ecclesia,  
 collegio, siue vniuersitate id ipsum non im-  
 mutet. Et licet possit statutum reuocare (non  
 enim de potestate questio est) non debet  
 id presumi, dum non infirmatur, nec exa-  
 minat rationes quibus moueri, potuerunt



statuentes ad ea specialiter condenda, cum  
intentis Pontificis (et ipse testatur) non tra-  
batur ad ignorata. Menochius de Presum-  
ptionib. lib. 6. presumpt. 39. n. 1. et 2. et diffi-  
cilium censexi debet, quod de duplici Uoi-  
cub ad stringitur; et nisi fallor, ita  
censuit Bartolus in l. 1. n. 3. ff. ad leg.  
Falcid. ubi docuit esse jus municipale, licet  
cum jure communi conveniat. Et Videndi  
Barbosa in dict. cap. 1. de constitutioni. in 6.  
n. 17. Menochius tom. 2. lib. 6. de Pres-  
umpt. presumpt. 38. n. 3.

16 Et quomodo dumque sit, etiam data  
glossa opinione, illud est certum; scilicet  
id quod ultra jus commune constitutio  
statuit, intactum censexi restitutum: ut  
qui constitutio siue definitio nostra plu-  
ra requisita induxit, quam jus com-  
mune: Ergo si tempore gratia in-  
lius persona non constet intervenisse, non  
sufficiet qualitas postea superveniens =



1) Requiritur igitur ad habitus suscep-  
tionem aetas decem annorum completa.

Defin. 29. fol. 51. et sex decim etiam com-  
pletis ad professionem. Defin. 36. fol. 58. que

a susceptione habitus per annum comple-  
tum distare debet. Defin. 35. fol. 58. Peri-

deratur etiam ad habitum militarem,

nobilitas generis; puritas sanguinis, nullo

nec in Parentibus, nec in avis officio aut

exercitio, quod nobilitatem laedat macu-

lato; Sanitas corporis ab omni morbo in-

curabili libera, vel qua exercitium mi-

litare impediat; Bona habere ad solven-

dum quemcumque debita contracta; et etiam

qua in posterum redditus annuos, saltem

usque ad centum libras ascendant, ut pro-

batu Def. 30. et 31. a fol. 52. usque ad

53. Et de redditu annuo centum libras

annu, apponitur clausula in omnibus

Comissionibus, ut non alicuius milites ad

mitantur, in quibus bona detalia com-



putari requirunt, ut dixerit scriptis Paulus  
in l. Lucius u. §. 4. ff. ad Municipali. Et  
hæc centum librarum taxa, forsam res-  
pexit ad dispositionem fori in extraneam  
si for. l. tit. que militum. fol. 99. Vbi pau-  
per dici requirit miles habens in patrimonio  
redditus centum librarum, quod iure  
communi arbitrarium est. Menoch. de  
Arbitrar. casu 65. Paul. Lopez. de clexi. ex-  
cellent. part. 1. §. 2. n. 39.

18. Hæc omnia requiruntur, ut idoneus  
sit ad commendam, quia idoneus debet  
esse ad habitum in necessarium antecedens.  
Nam ut scripsit Modestinus, in l. ut pra-  
datum u. §. 1. ff. de muneribus et honorib.  
Et si lege municipali caueatur, ut præfer-  
rentur in honoribus certa conditionis ho-  
mines (puta antiquiores, inquit Gothofredus  
in eo textu) attamen sciendum est hoc  
esse observandum, si idonei sint, et ita res-  
cripto Divi Marci continetur.



19. Sed iuxta definitionem nostram,  
 post ingressum et professionem, requiritur,  
 ut sit idoneus ad Commendam, esse ex  
 antiquioribus, et neque comparatione al-  
 terius dici potest antiquior, qui ultimus  
 ingreditur, et non habet alium post se.  
 Concilium autem Tridentinum hoc Re-  
 quisitum non excludit, et consequenter  
 manet in suo robore definitio-

20. Desiderantur etiam obsequia et  
et si nomine eius fluxisse, a quo dominium  
ad se transit, in dubitate impetrat jus aquæ  
ducenda. Nec est hoc beneficium, sed in  
verba si quis forte non impetraverit, quid  
clarius dici potuit, non Jure fieri negare  
aliqui, quod alij concessum est? Generaliter  
enim in jura dicitur omne, quod non jure  
fit. princip. Instit. de jura. passant. Bart.



putt. cap. 52. Inaquehus in tract. de vbi que  
retractu in prefat. tit. 1. n. 41. Altamizanus  
de filiis official. par. 2. cap. 27. n. 23. Et plures  
alii =

3. **H**oc propositio ita absolute, et generali-  
ter concepta mihi nunquam probari potuit,  
et ut meum in ea iudicium proferam et quid  
Repi nostros consulerem, vel consultationem, tunc  
casus diversi distinguendi sunt.

= Primus casus =

4. **P**rimus casus est de his, quae facile et frequen-  
ter omnibus solent concedi. In hoc verum  
erit: non jure negari, quod alijs concedi  
solet. Et ideo glosa Marginalis in dict. S.  
permittitur scripsit: Inimica est negare  
quod concedi solet. Et Henricus dixit ibidem:  
Pro concius habetur, quod Princeps facile in-  
dulget

5. **I**taque iuxta verum sensum textus et ho-  
rum auctorum, hinc requiritur concessio, ut  
ad consequentiam possit trahi, et ex Justitia



distributiva debent. Primo ut facile fiat.  
 Secundo ut consuetum sit, non ex aliquo  
 cui actibus, sed ex frequentia eorum. Ter-  
 tio, ut nulla sit diversitatis ratio; ea enim  
 existente, nulli modo poterit esse consequen-  
 tia catholica. Solozan. de Jure Indiar.  
 tomo 2. lib. 1. cap. 17. n. 20. ita scribit:

In Jurem facere videbuntur si dari solitos,  
 absque iusta causa negaverint iusta ce-  
 lebri doctrinam ut pram in l. 1. §. per  
 mittitur ff. de aqua quotidiana et artiana  
 Cui similis est textus in cap. Bone —  
 Memoria, De postulat. Praelator::: quia  
 licet assensus sit gratia, tamen sine  
 causa denegatur gratia fit iniuria; nam  
 pro concessa habetur, quod Princeps facile  
 indulget. scilicet in spe, non in actu;  
 et ideo ante veram et realem concessio-  
 nem non poterit gratia uti qui eam pe-  
 tit vel aliquos effectus operari. Quae  
 omnia tribus exemplis explicare se-  
 rex vellemus. =

Primum.



De

= Amortizatione =

6. Noster Petrus Belluga in speculo Prin-  
cip. rubr. 14. cap. 3. a n. 1. in a. novam  
Buxacis impressionem tractat illam ques-  
tionem: An Princeps cum soleat, prin-  
cipium Amortizationis concedere (id est fa-  
cultatem adquirendi bona immobilia in  
Repub. qua Realenga appellamus, ut dixi-  
mus obser. 2. nu. 24. et latius obser. 35. per  
tot) Universitatibus Ecclesiasticis, teneatur  
omnibus petitionibus concedere. Et ait, ex re-  
gula generali non teneri. Neque alicui  
inquit, posset conquiri de Principe, si talis  
licentiam non concederet. Quoniam ea,  
qua sunt in Principis arbitrio non ne-  
cessitantur jure necessitatis ff. de Judic.  
[ Non quid quid, et communiter allega-  
tur leg. Apud Julianum 40 in fin. ff. de  
legat. 1.



7 Prosequitur autem: Sed credo, quod si iusta  
subest causa petendi. Licentiam possiden-  
di bona de Realibus, ut puta quia ecclesia, pau-  
per, et similia, quod ex quo Principi solitus  
est talem licentiam concedere, male faceret, et  
exaueret non concedendo, in hoc textus a contra-  
rio in l. Apud Julianum in fine, melius  
probat textus in l. 2. ff. de Cadaveris. punitor.  
Et postea: Si autem sine causa petatur, non est  
debita, nec superior exauat.

8. Ita que licentia a nobis ammaduersa requiri-  
ta probat. Ideo enim tenetur Principi ad con-  
cedendum huiusmodi parvilegium, seu licen-  
tiam probat quia solitus est concedere, non quia  
huic, vel alijs concesserit, sed quia consuetudo  
sit, id est, non aliquando licet pluribus, sed  
quia facile concedere soleat. =

9. Deinde etiam requirit, ut cum causa pe-  
tatur, id est cum illa causa, qua soleat moue-  
ri ad illam licentiam concedendam, ut pauper-  
tas ecclesia, vel alia similia. Item ecclesia  
adeo diues esset, et tantam bonorum immo-



bilium quantitatem possideret, ut iam praeu- 168  
ditum vel damnum experiretur, iuste posset  
ex diuersitate rationis denegare. Sed quia Ec-  
clesia (inquit Bellugus nu. 5). etiam pro eri-  
cat, illam non solent denegare, et minime  
sunt mutanda, quae longam consuetudinem  
habuerunt, et quia donando Ecclesia non  
diminuitur sed augmentatur Imperium,  
ut fecit Felix Constantinus donando Ec-  
clesia =

10. Et ex hac ipsa ratione, quemadmodum Prin-  
ceps negando Ecclesiae quae solitus est con-  
cedere, dum eadem militat ratio graua-  
ret, ita e, contrario summus Ecclesiae Pon-  
tifex si Regi nostro gratias ab Pontificibus  
anterioribus, Regibus antecessoribus conce-  
di solitas petentibus, cum iusta causa, sine  
causa Regi negaret, iniuriam facere dici po-  
set (loquendo ea reuerentia et summis  
veneratione debita, saluaque Pontificis Cen-  
sura, cui omnia subiicimus libentissimi). Hoc  
enim non de nostra peno, sed ex varijs au-



381  
horum placitis humiliter proponimus, et lo-  
cum D. Francisci de Castillo tom. 7. de ter-  
rij. cap. 9. nu. 53. allegamus. Aliud dicendum  
omnino, si adsit iusta negandi causa, quae sem-  
per a Pontifici iusta censura independen-  
ter dependet. =

11. Atque ita non consentio Castillo in fine  
dict. nu. 53. Veri. Et gratiam, asserenti gratiam  
concedenti solitam verificari in una sola con-  
cessione; quod etiam insinuat Pollo pedus  
in l. Mala 14. lit. K. ff. de Aliment. et cibarij.  
legat. quod improprie et raro intelligendum  
est. Barbosa de Dictionib. v. v. frequent. di-  
tion. 316. Potuit enim iusta adesse, causa, ut  
gratia semel concedatur, vel pluries, et non  
esse iustam causam amplius illam conceden-  
di, vel prorogandi. Et nos Petrus Bellugos  
in speculo rubr. 46. de Donat. Curia cap.  
2. nu. 4. et 5. efficaciter probat, non posse esse  
solo uno actu dici aliquid solitum, sed saltem  
binos requiri, et in ea pluralitate ad hoc stan-  
dum esse iudicij arbitrio. Idemque probat Me-  
nochius



noctius de Arbitrar. casu 81. nu. 1. Et per tot. 449  
et Barbosa de dictionibus vni frequentissimis  
bus dictioni. 326. Alias enim fieret, ut unus,  
vel pauci actus regulam vniuersalem des-  
truerent, quod perquam absurdum esset. Et  
id quod dicitur binos actus inducere consue-  
tudinem, intelligo, nisi regula vel lex sit  
in contrarium, tunc enim requireretur tem-  
pus, et actus ad denegationem legis vel  
regulae necessarii. Deinde in Principe  
semper erit sua Regia estimatio, quom-  
modum vult sui beneficii esse, et quo modo  
ad alios haberi possit, ut apud Celsum  
scripsit Neratius in l. Neratius 191. ff. de  
regul. iur. et Paulus in l. ex facto 43. illuc.  
Beneficia quidem principalia ipsi Princi-  
pes solent interpretari. ff. de vulgari. H

= Secundum Exemplum, =

= De Dispensatione, =

12. Dispensatio ad contrahendum matrimo-



22  
Nunquam inter consanguineos, facile a sede Apo-  
stolica obtineri solet, ita ut in nullo fere  
transversalium gradu negetur. Et in  
opinionem eorum, qui asserunt, ex vno  
actu posse deo gratiam concedi liberam in-  
iuria esset cuiuslibet illam a Pontifice de-  
negare.

13. **N**ihilominus Ludovicus Molina de Flu-  
pan. Primop. lib. 2. cap. 13. an. 2. distinguit,  
an impedimentum sit consanguinitatis  
intra tertium, et quartum gradum, et in  
hoc casu validam esse affirmat in Ma-  
trimonialibus illam conditionem: Si Successor  
nubat cum consanguinea. Contra vero  
si in secundo gradu adsit impedimentum,  
existimat, conditionem non valere.

14. **H**oc autem recte in Concilio Tridentino  
fundari putarem. Nam de reformat. sess. 24.  
cap. 5. hanc differentiam quo ad dispensatio-  
nes probat his verbis: In contrahendis ma-  
trimonijs vel nulla omnino debet dispen-  
satio, vel raris, id que ex causa est gratijs con-



cedatur. In secundo gradu nunquam dis-  
pensetur, nisi inter majores Principes, et ob  
publicam causam =

15. In his terminis raxo, inquit Concilium,  
concedendam dispensationem in textis et  
quarto gradu: Cuius etiam si a aliquibus  
pars concessa sit gratia, iustissime alij de-  
negabitur: Cuius non afficiet iniuria eos, quia  
ex uno, vel pluribus actibus concessum  
reperitur =

16. Hanc tamen doctrinam Ludovicus Molina  
sententiam ut in impedimento Secundi gra-  
dus invalida sit conditio, non solum ab  
alij, sed ab ipso met auctore reprobatam,  
quia ex experimentis, labente tempore, compro-  
bata facillime, etiam in Secundo gradu  
dispensari a Pontificibus, quibus Conci-  
lium non potuit potestatem limitare, licet  
salubre consilium dederit, Suprema et  
iusta illius censura subiectam. Probat Ad-  
dentes ad Molinam lib. 2. cap. 13. ad. n. 6.  
his Verbis: Nos vero contrarium censemus  
et ideo sine impedimento sit in textis



et quarto, sive in secundo consanguinitatis  
gradu gravamen nubendi servari debe-  
bit. Nam quamvis ex dispensatione sa-  
crae Concilij, nunquam in secundo gradu  
dispensatur nisi inter magnos Principes  
et interverente publica utilitatis causa:  
hodie vero pro ut compertum est inter  
alios inferiores dispensari solitum est,  
neque dispositis sacrae Concilij potuit Pon-  
tificum potestatem restringere, at quae  
talis conditio non est de jure impossibilis,  
pro ut ipse met auctor comprobant, quam  
amplexati sunt Patres Molina dicit disp.  
643. nu. 3. P. Thomas Sanchez lib. 5. de Ma-  
trim. tit. de consensu conditionato disp. 5.  
ex nu. 19. P. Joan. del Castillo lib. 3.  
contravers. ex nu. 1. Salsum nu. 48. 49.  
Joan Gutierrez dicit. Cons. 18. et cap. 20 nu.  
6. Mirer 1 part. quest. 50. nu. 3. Perez  
de Lara tract. de vita hominis cap. 4. nu.  
33. P. Basil. de Leon lib. 3. de Matrimon.  
cap. 15. ubi subiungit ad successorem parti-  
cipari onus petendi talem dispensationem  
et de



et de solvendis expensis. Vide Sanchez

Ubi Supra dict. disp. 5. ex nu. 19. et de

diligentia quam debet interponere gravatus,

ad hoc ut dispensatio concedatur. Baldus

Cons. 393. lib. 3. nu. 2. Mores 4. part. quest.

4. nu. 10. et 20. D. Joan. de Castillo Ubi supra

pro nu. 21. et 22. Sanchez dict. disp. 5.

nu. 2. Gutierrez cons. 18. nu. 7.

1. In primo gradu affirmati transuersali, Vi-

dimus etiam aliquando dispensatum, et

cum dispensatione Comitem de Santistevan

cum duabus sororibus Matrimonium con-

traxit, et filios ex utraque suscepisse.

Comitissam autem de Traxit, etiam di-

spensatione Pontificia precedente, duobus

fratribus nupsisse. Et aliquando cum

alijs inferiori categoria dispensatum

est: Cuius id quod semel, et iterum Pon-

tifex concessit, omnibus concedere tenetur,

vel eis iniurius erit, non potest miti pas-

sari, sed semper a voluntate Pontificis pen-

dere, et vana iuxta facti et personarum qua-



70  
litate, rei que circumstantias constituere  
posse existimo. Nam licet quando dispen-  
satis ab inferiori absque causa negatur  
et debita est ex iustitia, ad superiorem po-  
sint recurrere, ut notatur in cap. Bone me-  
morie de postulat. prelator. et probat  
Belluga dict. rubr. 14. cap. 3. nu. 3. et 4. Cas-  
tillus controvers. tomo. 7. cap. 9. nu. 53. Et  
qui non recognoscit superiorum non possit  
compelli, debet tamen vi directiva concedere  
si urgentes adsint causa. Thomas Sanchez  
de Matrim lib. 3. disp. 10. per totam  
maxime nu. 3. ex Barbata cons. 40. vol. 4. =

18 Si tamen inferior iustam habeat cau-  
sam non concedendi, quam superior te-  
netur manifestare, vel Princeps iuste  
etiam ad id moveatur (quod nulli te-  
netur declarare, cum solum Deum habeat  
superiorem, cuius tempore reddet sua Vi-  
dicationis rationem) nullam facit iniuriam  
negando cum causa, quod a ijs concessit,  
quia iure suo utitur, cuius executio non potest



bet iniuriam, ut scripsit Ulpianus in l. In 192

iniuriam 13. §. 1. ff. de Injur Belluga rubr.

24. cap. 3. nu. 5. Sanchez de Matrimon.

tom. 1. lib. 3. quest. 10. nu. 2. et 3. Vbi ait

non esse debitam quoties est exaltia. Et nu.

23. ait, ab habente arbitrium non posse ag-

pellari. Quod intelligi si sit absolutum,

quod via credendum est, et non regulatum

ut diximus obses. 4. nu. 1. et 5. et obses. 10.

nu. 22. et obses. 69. nu. 23.

## Tertium Exemplum

De

## Feudo et Emphyteusi. =

19. In feudo etiam et emphyteusi disceptatur:

An dominus directus, qui ad tempus, vel ad vitam,

aut duas vitas rem concessit, vel ad certam ge-

nerationem, teneatur imitari, vel iterum con-

cedere finiti vitis, vel tempore, vel generatione.

Et mihi semper verior videtur sententia exis-

timantium ad id non teneri; quia concessum

ad tempus, finiti tempore, cessat, ut ait Paul.



lus in l. si unus, si unus 27. §. 1. si res ff. de Pac-  
tis. et Papinianus in l. Imperator §. ff. de  
Postulando, Sarmiento libr. 3. Selectar.

cap. 7. nu. 1. Rosenthal de feud. cap. 7. con-  
clus. 24. nu. 21. frustra enim daretur ad  
tempus; et idem esset quod in perpetuum  
dare, vel cum limitatione temporis, vel  
modi alicuius, vel conditionis, si quo ad  
effectum indistincte dominus ad prosequen-  
dam, vel iterum concedendam investituram  
adstrictus esset. Videndi quos citat Sarrea  
allegat. 8. nu. 52.

20. Et qui contrariae factionis sunt, nempe  
affirmantes obnoxium esse dominum ad in-  
stituendam concessionem, limitant illam.

Primo, si lapsus fuerit annus, et pars non pe-  
tat. Secundo, si alius fuerit investitus. Ter-  
tio, si sibi dominus velit retinere. In l. Ad-  
rus §. Emphyteusis quest. 43. et §. Feudum  
quest. 77. Sarrea allegat 8. nu. 62. Late  
Rosenthal de feud. cap. 7. conclus. 24. penult-  
tam, ubi alias limitationes refert, et Bando-



5.  
li opinionem exacte impugnat et text. in dict.  
§. Permittitur interpretatur, et sententiam  
contra Bart. de iure veriorum esse affirmat.

493

21. **P**robatur etiam Rosental. de feudis cap. 1. con-  
clus. 24. nu. 20. Principem non tenere ad hanc  
renovationem, ubi ita scribit: Septimo decla-  
ravit quidam, quod Imperator et sic Supre-  
mus Princeps non obligatur proximioribus  
concedere. Et in addit. lit. y: Ita expresse Caa-  
dinarius Parisius in dict. cons. 23. Prima in-  
terimmodi nu. 25. volum. 1. quem sequitur  
Anton Fabr. l. conclus. 1. de iure emphyteu-  
tico nu. 22. lib. 3. commun. opinion. Quod  
certe aliter recipi nequit, quam si concedat  
Bartoli dictum saltem de Urbanitate, et  
quod facile impetrari solet procedere.  
Et sunt optima iura in l. Audum 44. C. de  
Contracten. empt. Et in Authent. De nov  
aliman. §. neque illud vel Nouella 1. cap. 3.  
in fin. quae adfert et expendit Sarmientis  
lib. 3. Selectax. cap. 1. nu. 3. et Anton Fabr.  
dict. lit. de iure emphyteut. tom. 2. lib. 3. con-  
clus. 1. nu. 22. ant: Nono limita, nam su-



primus Princeps potest derogari hinc unum. Pro-  
bat etiam Larrea allegat. 8. nu. 59. Obiit  
loquens de hac reusationis obligatione: Et  
sine dubio in Principe non procedit. = 9

22. Ergo satis probatur, non indistincte nec  
in omnibus casibus dici posse fieri a Principe  
iniuriam, si neget quod alicui largitus est.  
Cum quolibet differentiae ratio iuste possit  
eum mouere ut alicui gratiam concedat, alicui  
neget, etiam si in regula generali compre-  
henderetur cap. 13. Exigunt causa 1. quest.  
1. illi: Nec quod potuit aliqua ratione con-  
cedi, fas erit amplius iniuriam committi. Ne  
quod ad tempus pro lenitate concessimus, ius-  
ta post hoc ultione plectamur. =

## Secundus Casus

23. Secundum casum computamus eum, in  
quo Princeps non solum ea quae petuntur  
non concedunt, sed adeo difficilia sunt, ut  
inter impossibilia connumerentur, probat Julia-  
nus apud Ulpianum in L. Cum Sexus 39. alioq.  
L. apud Julianum 40. §. Si vero 8. cum du-



bus sequentibus ff. de legat. 1. Cuius haec sunt  
 Verba: Si vero Salustianos heredes qui sunt  
 Augusti, vel fundum Albanum, qui prin-  
 cipalibus viribus deserunt legaverit, quis,  
 furiosus est, talia legata testamentis adscribe-  
 re. §. 19. Item Campum Martium, aut fo-  
 rum Romanum vel Aedem Saturnam legari  
 non posse constat §. 15. Sed et ea praedia Ca-  
 saris, quae in formam patrimonij redacta sub  
 praesentia patrimonij sunt, si legentur, nec  
 aestimatio eorum debet praestari, quoniam  
 commercium eorum nisi iussu Principis  
 non sit, cum distrahi non soleant. Hoc  
 idem probat Justinianus in §. non solum 4.

Instit. de legat. =

24. **E**x his viribus duo manifeste probantur.  
 Alterum non esse impossibile trahere  
 haec bona distrahere: Alterum etiam, si ali-  
 quando a Principe semel vel iterum alienen-  
 tur, non ex inde recte inferri inuicem facere  
 si alijs neget. Non enim dicitur ideo non esse  
 haec in commercio, quia vendi, aut donari aut  
 alienari non possint, sed quia distrahi non  
 soleant. Et eorum praesentia ita difficultibus re-



putatur et impossibile moraliter sit, et omnino  
impossibile habeatur, et advertimus obsex. l. a  
(nu. 14). et talem spem concipere, vel dimittere  
deat cogitare de his et similibus rebus non  
solum stultitia est, sed dementia. Et in ca-  
sus nullam habet aut difficultatem aut du-  
bitationem, nisi velle cum amente disputare =

### Tertius Casus =

25. Potest constitui tertius casus, in quo utrum-  
que solitum est. Pluribus multae gratiae concedi-  
tur, multae etiam negantur. Poterit dici Superi-  
orem facere iniuriam illis, quibus gratiam ne-  
gat, ex eo quod alijs concedit? An erit in  
eius absoluto arbitrio negare ea, ad quae om-  
nino iuri non est adstrictus?

26. Probo autem nullo modo iniuriam facere  
nec ad concedendam gratiam teneri. Primum  
quia ea quae aliquibus personaliter indulget,  
ad exemplum non tractantur. §. sed quod  
principi placuit Instit. de iure naturali. Secun-  
do quia Superior suo iure utitur, cuius exe-  
cutio non habet iniuriam neque de iure l. 3.  
§. si tamen 3. ff. de liberis homine exhibendo. l.



Inimicorum 13. §. 1. ff. de iniur. l. Nullus ss.

De republ. iur. Tertio, quia dum varie  
res constituitur, nec consuetudo, nec stylus,  
neque quid aliud quod necessitatem praes-  
tandi imponat introduci dici potest, ut pro-  
bamus obser. 1. nu. 114. et obser. 42. nu. 13.

14 et 17.

2) Si enim actus concessionis alicuius pra-  
textum (vel dicas titulum) petenti tribuit,  
ut inde suppliciter exposcat similitem gra-  
tiam, quare actus contrarij libertatem su-  
periori, quae majori natura est non conser-  
uabunt? Et non incongrue mihi admo-  
dum posse videtur, quod Pater familias  
respondit laborantibus in vinea sua, et  
refertur Matthaei cap. 20: Amice, non fa-  
ciō tibi iniuriam, non ne ex denario diu-  
no conuenisti mecum? tolle quod tuum  
est, et vade. Vobis autem et huic nouissimo  
dare sicut tibi, aut non licet mihi quod  
volo facere? An oculus tuus nequam est,  
quia ego bonus sum. Et ad rem nostram



dicere posset, pro una vita vel generatione con-  
ueni tuam, vel pro aliquo tempore. Alij dedit,  
tibi dare volo. Tolle quod tuum est, et vade.  
Non enim tibi facis iniuriam cum conuen-  
tionem impluerim, vel de bonis et iuribus  
meis pro ut volo dispono. -

28. Ergo qui exemplis obtinere gratiam niti-  
tur, non solum tenetur pro bare similes con-  
cessionem factas, sed non fuisse contrarium  
cum aliquibus observatum, quia tunc con-  
suetudo siue mos concedendi, interrupta  
manet. -

### = Sed Obijces. =

29. Acceptio personarum in ratione et exerci-  
tio iustitiae distributivae, illicita est: At qui  
concedere aliquibus et negare alijs idem be-  
neficium, est acceptio personarum: Cuius hanc  
differentiam negandi alijs quod alijs conce-  
sum est, non potest esse iusta, sed iniuria.  
Magna certissima et indubia est, probatur  
que a Dno Paulo ad Ephesios cap. 6. illic:  
Personarum acceptio non reperitur apud  
Deum, quia Deus iustus iudex, causas, et



non personas respicit. Et Sanct. Thomas 2.<sup>2</sup> 2.<sup>2</sup>  
quart. 63. art. 1. et 4. Et ex eisdem verbis  
probatur etiam minor propositio. Quid enim  
aliud potest esse personarum acceptio, quam  
personas respicere, et in eisdem terminis  
concedere, et a seipso negare.

495  
(62)

= Respondeo =

30. **P**rimo: Concedo maiorem propositionem  
nempe esse illicitam in ratione Iustitiae di-  
tributivae acceptionem personarum. Sed nego  
minorem: Quia non omnis differentia quae  
fiat inter personas, est personarum acceptio;  
haec enim requiritur ut differentia inique fiat  
et per motiva impertinentia. Quod recte et  
brevitex scripsit Natalis Schittinus Pa-  
normitanus de Iustitia distributiva 2.  
part. disput. 1. nu. 6. quia ita ait: Adver-  
tendum est tamen, quod acceptio persona-  
rum est et accipitur, in presenti, pro illo  
humano et in ordinato respectu, in quo bona  
communiter distribuuntur non secundum me-  
rita personarum, sed secundum alias causas



seu qualitates Impertinentes, cum fieri de-  
bet ex meritis et ex conditionibus et qua-  
litatibus a iustitia distributionis requisiti-  
bus. V. G. Siquis conferat in omnibus subsequen-  
tibus casibus beneficium vel officium ali-  
cui propter personam illius, quia est Petrus,  
vel Joannes, vel dives, vel amicus, vel affinis,  
aut ex negotiationibus vel favoribus ami-  
corum seu Principum, vel quia exit eis  
in obsequium, aut alijs factam iniquis  
et turpibus vijs, quae nihil faciunt  
ad esse dignum officii vel beneficii. Im-  
mo causa dicuntur supradictae a Doctri-  
bus Impertinentes, et non faventes ad  
rem, neque aliquam ad esse dignum officii  
vel beneficii conferendi, hinc dicitur pecca-  
tum receptionis personarum committi.

31. Cum igitur concessio vel negatio, in his  
casibus possit fieri, non respicientes personas  
sed causas. Alijs scilicet ob benemerita in-  
dulgere, alijs quia vel ea, vel aequalia non  
habent, negare. Haec personarum differen-  
tia absque Virtutibus earum receptionis obser-



uari potest, immo et debetur. =

32. Secundo respondes: Ingratiji, quae ab absoluto et libero arbitrio concedenti dependent, nunquam clari acceptiois personarum vitium; quia potest concedens de rebus suis, vel in quibus hanc libertatem vel arbitrium, habet, ad libitum suae voluntatis disponere. Iustitiae enim distributivae sphaera et terminus clauduntur in rebus communibus, quae ab ea inter singulares populi, iuxta cuiusque merita distribuenda sunt, ita ut omnibus jus generale competat ad ea; sed in executione ad illa tantum, quae iuxta meriti et rationis mensuram possunt pertinere, et proportionem dividit partiri. In eis autem bonis, quae non sunt communia Rei publicae, sed privatorum, nemini nisi ad rem, neque ex Iustitia distributiva competit et dominus moderandi et distribuendi pro ut ei libuerit, latissima facultas competit. L. in re mandata, C. Mandati. Et dicimus etiam obser. 13. nu. 2. et probat idem



604.  
Nathalis Schitinus de Iustitia dis tribu-  
tina par. 2. disput. 1. Num. 8. his verbis: Ad-  
uertendum est, quod hoc Vitium commi-  
ttitur, quoties bona que distribuuntur, sunt  
bona communia ex iustitia debita. Nam  
si fuerint bona libera, que distribuuntur  
ex gratuita voluntate distribuendi, vel  
que mere libere conferuntur hominibus,  
non habet hunc locum in eis acceptio perso-  
narum, etiam quod Magis Oni, quam al-  
teri conferantur. V. G. Dat quis triginta  
aureos de suis bonis amico, consanguineo,  
vel Vicino, ratione tantum consanguini-  
tatis, amicitiae, vel vicinitatis, et nihil dat  
extraneis quamuis sciat quod sit melius,  
vel quod egeat magis, non est acceptio  
personarum iste qui hoc fecerit, nam quod  
distribuit est proprium ipsius, nullique  
debitum, et nulli fit iniuria, nam in re  
sua quilibet est moderator et arbiter  
l. m. de Mandata C. mandati. et ait  
Divus Matthaeus cap. 20. An non licet



michi quod volo facere? quia tunc bona,  
qua distribuuntur, non erant bona com-  
munia, sed libera; quia Deus qua dat,  
nulli de iustitia debentur, sed ex sua gra-  
tuita voluntate dantur. =

33. Concludo igitur hoc argumentum di-  
lemmate sequenti: Vel gratia qua petitur  
est de illis bonis communibus, que iuxta  
regulas distributive iustitie inter singu-  
los secundum merita adiudicanda  
vel diuidenda sunt, ut officia Beneficia,  
et alia, que ad rectum Rei publicae re-  
gimen necessaria sunt, de quibus aliquod  
legimus obser. 114. nu. 58. et 59: Vel sunt  
ex illis bonis, in quibus liberum est arbi-  
trium et licet illa vel donatione largiri,  
vel retinere. =

34. In primo casu, nullo modo potest esse  
vitium acceptiois personarum, negare enim  
quod alij conceditur; quia immo hac di-  
fferentia iuxta ordinem iustitie distribu-  
tive iustissima et necessaria est: sit enim



ratione non affectu: fit ex causa, non ex per-  
sona: fit iuxta merita, non iuxta volun-  
tatem concedentis. Si autem fieret respi-  
ciendo personas ex causis ad rem non per-  
tinentibus, requisita iustitia distributi-  
va non observanda, tunc esset vitium ac-  
ceptionis, sed non ex illa causa vel ques-  
tione quam nunc exagitantur: id est,  
non esset iniuria petenti negare, quia  
alij concessum est; immo requirit  
vera iustitia distributiva aequalitas,  
ut uni bene merenti res concedatur, et  
alij minus digno vel indigno negetur.  
Ita que in hoc casu dici nequit, gravari  
illum cui non conceditur iuste, quod alij  
iuste laxatum est. =

35. Si vero ex huius boni fiat gratia, quae a Prin-  
cipe vel Superiore ad libitum possunt dis-  
pensari, et neque in communi, neque in par-  
ticulari debentur, ut donationes ex Regio  
Favari, vel alia similia, minus poterit  
dari personarum acceptio, ex eo, quod neget,



quod aliquibus concessit; quia licet ei quod  
 velit facere, et si ex consequentia iniuria  
 afficeret, quibus gratiam negaret, teneretur  
 inter petentes Universum patrimonium  
 ex. haurire, et nihil sibi retinere (quod  
 est rectum, nec insonum, et per  
 quam absurdum est). Et ideo Sanchez  
 de Matrimon. tom. 1. lib. 3. quest. 10. nu. 2.  
 et 3. et Belluga lib. 14. cap. 3. nu. 4. affir-  
 mant, non esse debitam, nec contra hoc Vi-  
 tium acceptiois personarum quando est  
 gratia. Et distinctio est facta circa accep-  
 tionem personarum, non solum commu-  
 nis et receptissima est, sed et in materia  
 Videndi Magister Sententia-  
 rum in 4. dist. 15. Sanchez Thomas 2.  
 22. quest. 62. Soto lib. 3. de Justit. et  
 iure. quest. 6. Lessius lib. 2. de Just. et  
iure cap. 23. Hostes Salmon. tom. 1. de  
 Just. et iur. quest. 63. art. 1. et 2. Villa  
 lobos in Summ. tom. 2. tract. 8. per totum  
 et fere omnes Summistae.



36. Ergo nullis modis in hoc tertio casu dici  
potest iniuriam facere Principem, qui alijs  
negat, alijs concedit gratiam, si pluri bus  
meget, quod alijs liberaliter largiatur. —

3). Et ex omnibus longe petiti, illud recte  
inferitur: In huiusmodi gratijs non esse  
exemplj iudicandum, sed ratione  
intrinseca quid rectius et iustius fieri  
oporteat iudicandum, ut in sententijs consti-  
tuit Justinianus in l. Nemo 13. C. de sen-  
tent. et inhaeant. omn. iudic. Nec esse spec-  
tandum quid Romae, seu quid a Princi-  
pe vel a Rege, vel a Superiore factum sit,  
sed id, quod ab eisdem fieri debuit, ut do-  
cuit Proculus in l. Sed licet 12. ff. de offic.  
Praesid. Idque etiam constituit Philippus  
IV. Rex noster decreto generali omnibus  
Supremis consilijs expedito sub Kalenda-  
ris diei 2. mensis Decembris anni 1661. cu-  
ius verba ad litteram habuit hic inserere

37. El estado de mi hacienda, obliga a que  
se mire mucho por su conservacion, y a que



no se divierte, sino en los justos fines en  
 que se debe emplear. Y considerando, que se  
 han ido introduciendo algunos abusos, y que  
 uno de los mas perjudiciales que se han  
 establecido, es, los exemplares que de ordi-  
 nario se dan a los pretendientes para  
 facilitar sus intentos; pues no ay perso-  
 na que dexa de valerse de conseqencias  
 para lograr sus intereses, apurandose  
 de que no se hie con ella, lo que con otra,  
 sin ajustar la razon y diferencia de  
 casos, y supuestos. Siendo esto tan digno  
 de reparo, y una de las cosas que se de-  
 uenentax; pues para consultarne mi  
 Consejos y Tribunales, lo que parece  
 en las pretensiones de mis Vasallos  
 segun los seruios, y causas, que truse-  
 ren, no se necessita de exemplares, sino  
 de proponerme lo que se juzgare, segun  
 los meritos de cada vna. Y deseando se  
 reforme estyle de que se han experimentado  
 todos graves incombenientes; He resuel-



100  
to ordenar universalmente a todos mis Con-  
sejos, y Tribunales, que en lo de adelante  
por ningún caso, se atiendan en los negocios  
que pendieren en ellos en que huviere in-  
terés de parte a exemplares ni consecuen-  
cias, sino tan solamente a la razón que se  
allare, para negar, o conceder lo que se  
pidiere, supuesta que para ello no es nec-  
esario otra diligencia; lo qual  
es mi voluntad se guarde y execute así  
irrevocablemente por este Consejo de Aragón  
en lo que le tocare sin que se falte a su  
observancia, pues qualquiera rela-  
xacion que huviere en ello se-  
ria contra mi servicio, y  
lo que dispongo en esta  
mi orden. Lo

A Rey

En Madrid a 3. de Dez. de 1661. Yo el Vicecan-  
celler de Aragón: -















202



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

DEPARTMENT OF CHEMISTRY

PHYSICAL CHEMISTRY

LECTURE NOTES

BY

PROFESSOR

OF

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1950

CHICAGO, ILL.

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS



202



DE

EXCEPTIONE HOSTICA

OBSERVATIO CXXVIII,

Haec notum. Exceptio Hostica, nemquam  
 meminitur in libro de iure Civili, sed  
 non tam. De iure in l. vna ff. de bonor.  
possessione, et hereditate. Ad hunc. Placuit  
litem, dicitur hodie apud, etc. Non debent  
 et qui debent esse in distinctione  
 qui in hostibus, suprema admirantibus  
 quo modo ordinantur. Et in alio sententia  
 idem de iure in l. p. ff. de hereditate  
et. hanc de terminandis, qui apud hanc  
et. hanc, et hanc sententia. Supra  
 in hanc de publico sententia et hanc  
hanc, et hanc

2. Ex hanc sententia et hanc, et  
ex hanc sententia et hanc et hanc  
sententia et hanc. Et hanc et hanc, et hanc  
et hanc et hanc et hanc, et hanc  
et hanc et hanc et hanc







## DE

EXCEPTIONE HOSTICA  
OBSERVATIO CXXVIII,

Hoc nomen. Exceptio Hostica, numquam  
memini in libris nostri juris Civilis scrip-  
tum legisse. Ulpianus in l. vna ff. de bonor.  
possession. ex testament. Militi, Hosticu-  
rum, dixit hostis agrum, illi: Non dubium  
est quin debeant rata esse voluntates eorum,  
qui in hostibus, Suprema Iudicia suaque  
quo modo ordinassent. Et in eodem sensu  
idem Ulpianus in l. fin. ff. de testament. mi-  
lit. loquens de testamento eius, qui apud hos-  
tes decerit, vel illud condidit, scripsit: Si  
in hostibus deprehendantur, id est, in hosti-  
bus, vel territorio.

2. Ex hoc fonte derivatur vocabulum, ex-  
ceptionis Hostica id est, exceptio competens  
occasione Hostis. Illa enim est, quae a mili-  
tibus actu militantibus siue in terra, siue  
in mari, seruentibus. Fulvius Constantius



in l. Unu. C. de Clariis lib. 11. tit. 12. nu. 58. non  
tamen in praesidio. Fors in vobis. Decisio  
vot. 20. nu. 46. Sive actor, sive res. Capri-  
tius Salsus tom. 2. decis. 136. nu. 23. congebit,  
quia dimicant contra hostes, et imitatur illam,  
quae est, qui abiens est causa republicae accom-  
modatur, et etiam illi quae vocatis a Rege  
impertitur; de qua plura diximus obs. 113.  
Et opponenda est ante litem contestatam.  
Maccius de Privileg. Milit. lib. 2. privileg.  
2. num. 29.

3 Hanc exceptionem primo hostium vocavit  
Constitutio Neapolitana, quae incipit  
Hostium exceptionem lib. 3. rubr. de excep-  
tionibus, super qua exacte scripserunt, et  
glossarunt Andr. Texeira, et Carolus a  
Fajia. Postea in Regno Siciliae de ea (op-  
posita à vocatis ad Parlamentum, quem  
admodum apud nos de vocatis ad Curiam)  
est plena Decisio 118. Maij Turba.

4. Agunt autem de ea, licet non hoc nomi-  
ne, nos ex Bellugae rubr. 20. nu. 43. Fran-  
chis decis. 286. Afflicti. decis. 84. Fabius



de Annamā Singular. 177. Fors in votis decis<sup>2</sup>  
vis voto 20. nu. 46. Capit<sup>2</sup>us decis. 16. Jul.  
ius Constantius in l. Unic. nu. 58. C. de  
Clari<sup>2</sup> lib. 11. tit. 12. Ric<sup>2</sup>us collectanea  
57. et 1313. Franc<sup>2</sup> de exceptionibus except.  
3. a nu. 19. Post<sup>2</sup>us de manutent. obser. 46.  
nu. 22. Capit<sup>2</sup>us Saba tom. 2. decis. 136. nu.  
23. cum alijs. Acac<sup>2</sup>us de Privileg. milit. lib.  
2. privileg. 2. Et nunc recentior Floridus  
Masonius de causis executivis quest. 6. limit<sup>2</sup>  
8. ann. 11. et ampliat 13. nu. 41.

5 **H**anc opposuit D. Michael Ramon Prin-  
cipatus Cathalonie, qui prius in exercitu  
illius Provincie, postea in confinibus Cas-  
telle adversus Lusitanos cum officio Com-  
missarij Generalis Equitatus militabat.  
Is ex Regia liberalitate obtinuerat gratiam  
Jurisdictionis, et mixti et Mexi Imperij  
super oppido de Subiats eiusdem Princi-  
patus, cuius domini<sup>2</sup> et perceptionem  
fructuum D. Michael habebat, et quam  
proximum ab eius habitatoribus scita est  
gratia, Syndicum miserunt, et se opposuit



expeditioni privilegij in nostris Supremo Con-  
silio iuxta ea, que diximus obser. 114. et 115. =

6 **O**bjicit miles Hostiam exceptionem,  
ex eo quod actu in exercitu militabat.  
Inclinabat autem Supremum Consilium  
in eam sententiam, et exceptio repellenda  
esset, his fundamentis. =

1. **P**rimo. Nam licet, ut ait Alexander Scotus  
in Vocabulario Utriusque juris Verb. Miles,  
ut quis sit verus miles præter iuramen-  
tum antiquitus præstari solitum, scilicet  
se non evitaturum mortem propter rei-  
publica salutem, vel a signis non re-  
cedere, iuxta textum in l. penult. ff. ex quib.  
caus. maiores; sex a lra requisita ne-  
cessaria sunt, quæ breviter his verbis  
scripsit. Primo, ut non sit negotiator  
C. ne milit. negot. lib. 12. l. 1. Secundo  
ut examine sua C. qui milit. non possunt  
l. 1. lib. 12. Tertio quod ei in sui corpore  
ff. de testament. milit. l. 3. Quarto stig-  
ma, id est, nota publica debet suo brachio  
scribi vel imponi C. de fabricens. l. 3. lib.



2  
ii. Quinto, in numeris aliorum debet pon'  
et scribi ff. de testament. milit. l. ex eo. sex-  
to, quod talis habeat privilegium legi  
concedere militibus, ut notatur Instit. de testa-  
ment. milit. in princ. et in ead glossa pro-  
bat Iacobus Belluga de gravamin. mili-  
tar. rubr. 20. anu. 6. =

8. In his tamen temporibus nihil aliud  
(nisi fallax) requiritur, quam in numeris  
esse receptum, hoc est, in matricula sive  
libris militibus iuxta l. i. ff. ex quibus  
causis maiores esse possunt et scriptum,  
quod in hoc nostro casu indubium et  
notarium erat, non solum militem  
qui exceptionem allegabat, sed militem  
strenuum.

9. Sed quem admodum esse in obsequio  
vel servicio Principis non sufficit, ut ei haec  
exceptio competat, et docuit noster Be-  
lluga rubr. 21. de Judicialibus nu. 11. et dixi-  
mus obs. 113. nu. 22. Ita nec ex eo so-  
lum, quod militia operiam navet, et  
verus miles sit, potest hanc exceptionem  
allegare.



10. **R**equiritur enim non solum ut sit mi-  
les, sed ut non sit voluntarius, sed coactus.  
Hanc enim differentiam militum probat  
Merendus, in l. 4. §. temporariam 3. ibi:  
Voluntarius militis et §. Pleus §. illi: Volun-  
tarius miles, ubi glossa §. Gratius 10. ibi, quia  
plerumque voluntarius militis numerus sup-  
pletur. l. 3. C. qui militare possunt lib. 12.  
tit. 34. ibi: Cura pervigili observare debe-  
bit sublimitas tua, ne colom vel saluten-  
ses, aut ultra se offerentes suscipiantur ad-  
matam, aut cogantur institi ff. de re mi-  
litari. =

11. **E**uocati milites etiam dicebantur, qui  
ex aliquo regentium casu, ex agro ad mi-  
litiam proficiscere cogebantur, ut probat  
Calvinus in Lexico. Verb. miles euocatus;  
et etiam, qui iam veterani exant, et iter-  
rum ad militiam vocabantur, ut probant  
etiam Gratius, et Calvinus Verb. Euocati  
Militis

12. **G**eneralis enim regula est, ut eos solos  
rei publicae causa ab esse intelligamus, qui



non commodi sui causa, sed coacti absumt,  
Et inquit Ulpianus in l. Republica 36 ff.

Ex quib. causis maiores. Et in l. qui liberos  
14 ff. de legationib. Cuius haec sunt verba:

Qui libera legatione abest, non videtur rei  
publicae causa abesse. Sic enim non pu-  
blici commodi causa, sed sui abest. Et

intermitti huius exceptionis locunt Ita-  
qua in glossa dictae Neapolitanae consti-  
tutionis Franchi decisi. 286. nu. 6.

13. Si enim compendij proprii causa vel  
militarent, vel reipublica causa abessent,  
vel propter hanc affectassent in dolo  
malis versarentur, et ab huius exceptionis  
beneficio excluduntur. Calixtratus enim in l.  
4. ff. ex quib. caus. maiores inquit: Item  
hi, qui reipublicae causa sine dolo malo  
absumissent, dolum malum eo pertinere  
accipi, ut qui reverte potest neque reverte  
retur in eo quod per id tempus adversus  
eum factum est non adinvenitur. Veluti si  
alterius grandis commodi captandi gratia  
id exeat ut reipublicae causa abesset, et



reuoatur ab isto privilegio.

14. Et Ulpianus in l. sequenti adijcit: Et qui  
daba opera, et sine lucro hoc affectauerit, vel  
maturnus profectus est, vel litis gratia ce-  
pit rei publicae causa a seve. Cui adde  
Petrum Fabrum lib. 1. Semesta. Cap. 20 in  
princ.

15 Et quamvis solum ex ea qualitate, quod  
miles esset voluntarius, ab ea exceptione ag-  
noscendus esset exclusus, etiam in milite  
coacta expendebatur (et potest esse secunda  
ratio nostrae conclusionis) limitandam esse  
ad tempus hanc exceptionem, nec perpetua,  
id est, dum miles esset competere: Tum quia  
id esset in fraudem litis, et in notorium  
tertij prauidium Belluga rubr. 20. de  
milit. exanamin. nu. 43. Et melius rubr. 21.  
nu. 12: Tum quia ita Severus et Antoninus  
descripserunt in l. 1. §. 1. C. qui milit. poss. lib.  
12. tit. 34. his verbis: Non autem ignorabit  
eos qui litis causa militiam appetierint  
postulantibus adversarijs. Solum Sacramen-  
to solere. Cuius qui conservare in milita toto  
tempore



3

tempore vitæ vellet et eo mediò litem frustrare;  
ob dolum et fraudem exauctorandus esset, et  
ab ea Hostica exceptione arcendus. -

16. Nec enim hæc detrectatio, vel hoc commen-  
tum debet illi proficere, ut loquitur Ulpianus  
in l. Maritus 15. §. 1. et 2. ff. ad leg. Juliam. de  
Adulter. Et si Imperatorum hæredem institui-  
tis causa, invidiosum et calumniosum est,  
ut inquit Paulus in l. Imperatorem 91. ff. de  
Hæredib. instituen. §. fin. Instit. quib. modis  
testamenta infirmantur; quanto magis con-  
tra privatum detrectare litem commentum  
litæ calumniosum erit, et ex auctoratione  
dignum. -

17. Sed hæc cum illa moderatione tempe-  
randa est, quam Alexander scripsit in l. qui  
cum vno 4. §. non omnis ff. de re milit. Cuius  
hæc sunt verba: Non omnis qui litem habuit  
et ideo militaverit exauctorari videtur, sed  
qui eo animo militiæ se dedit, ut sub ob-  
tenta militiæ præsentem (posteriorem  
intelligerem, licet Iulius dicitur  
et irretractabiliorem interfectur) se



adversarius faceret. Nec tamen facile indulgen-  
dum est, extra ordinem indicationis, qui nes-  
gotium antea habuerunt; sed si in transactio-  
ne recidit, indulgendum est. Cœnatoribus  
eo nomine non utique infamii exit nec prohi-  
bendus est lite finita militiæ eiusdem ordinis  
seclare. Alioquin et si relinquat. litem vel tran-  
sigat retinendus est

13. Tertio probatur assumptum; quia hæc Regis  
gratia fuit oblata existente milite in exer-  
citu, et consequenter hi, quorum interest, po-  
sunt illam impugnare, et litem movere, et  
que eius expeditioni opponere; quia exceptio  
hæc competitur prout his, qui rei publicæ cau-  
sa absunt, vel a Principe vocantur, et conse-  
quenter pro gestis ante absentiam, vocatio-  
nem, et militiam, non tamen pro his, quæ  
in eis vel eorum tempore geruntur, ut ratio  
ipsa dicat, et dicente scripsit Ulpianus in l. 2.  
§. legati 3. et §. ceterum, ibi: In eo quod  
ante legationem contraxerunt. Et ibi: Cete-  
rum si contraxerunt, ibi revocandi ius non ha-  
bent. Et Paulus in l. non a lias 24. et In-



209  
Ianus in l. Si legationum 25. ff. de Iudicijs. di-  
ximus obser. 82. nu. 32.

19. Et in terminis huius Hostiae Exceptio-  
nis, probat Andr. Isernia in glossa dicte Nea-  
politana constitutionis, his verbis: Nam le-  
gatus non habet privilegium si deliquit post  
legationem ff. de Iudic. l. Nonatias §. legati;  
sic feudatarius si delinquat post summone-  
tionem, non habet hanc hosticam exceptionem  
ff. de Iudic. l. 1. §. omnes. Nam stipulatio  
damni infecti non extenditur ad domos pos-  
tea quesitas ff. de damno infecto l. Damni §.  
si u. Nec legatum ad quesita post ff. de legat  
2. l. Si ita scripserit de legat. 3. l. Iulianus  
§. fin. Idem breuius probat in eadem constitu-  
tione Carolus a Tapia nu. 13. ita scribens: Se-  
cundo limita in his, que committerentur vel  
contra herentur in exercitum, Probat etiam Cassus  
de exceptionibus except. 3. nu. 24. -

20. Quarto probatur conclusio: quia haec excep-  
tio non impedit manutentionem, ut docuit  
Postius de manutent. obser. 46. nu. 22.  
Contendebat autem Syndicus dicti oppi-



di jurisdictionem et mixtum et mezum  
imperium in antiquis temporibus aliena-  
tum, a habitatoribus illius fuisse redemptum  
sua pecunia, et in Regia Corona incorporatum,  
iuxta ea quae diximus obser. 34. per totum et  
maxime annu. 11. usque ad 12. et manutenen-  
dos in ea possessione existendi sub immedia-  
ta Regi subiectione, nec in alium inferiorem  
transferr<sup>?</sup>, contendebat, et consequenter manu-  
tentioni, Exceptis Hostica non obstabat. =

21. **H**ac instantia pendente, conuentum fuit  
inter partes litem suspendere, et nihil per  
eas nouari, donec iterum citata parte ad  
prosequendam causam super ea ius dictum  
fuerit. Reuerso autem ad exercitum D. Mi-  
chaelis, gloriose in belli conflictu occu-  
puit, et his de re luti. Videbantur

tamen mihi evidentissimas  
fundamenta quibus  
Hosticam excep-  
tionem repellendam probabatur. =



1370











225



UVA.BHSC



